

NALDI
NALDI

DE
LAUDI
BUS

CORVINIANA





IN HOC
VOLVMINE CONTI-
NENTVR NALDI NALDII
FLORENTINI EPISTOLA DE LA-
VDIBVS AVGVSTAE BIBLIOTHE-
CAE ATQVE LIBRI QVATVOR
VERSIBVS SCRIPTI EODEM
ARGVMENTO AD SERENI-
SSIMVM MATHIAM COR-
VINVM PĀNONIAE
REGEM

NALDI NALDII FLORENTINI EPISTOLA DE LAVDIBVS AVGVSTE BIBLIOTHECAE AD MATHIAM CORVINVM REGEM SERENISSIMVM.



VM ITA PER
uniuersam italiam
Mathia serenissi-
me iam fama tui
nominis late ua-
garetur ut omnē
florentinam ciuita
tem occuparet omnesq; de tuis maximis cla
rissimisq; uirtutibus plurima loquerentur ut ca
ptus amore tui regiarumq; uirtutum coepi co
gitare quonam modo tibi significare possem o
qui meus in te animus esset & quonam potis
simum genere litterarum res tuas domi atq;
militiae abs te pulcherrime gestas attingere
deberem ut ex uno me plane intelligeres q̄ cae
teri omnes nostre urbis ciues te colant & ob-
seruent q̄q; pro tua diuina uirtute admira
tes ea quae antehac bene gessisti quaeue geris



in presentia, te ipsum uenerentur. Cum uero
Taddeus ugolettus abs te missus, ad nos profi-
cisceretur, ut expediendae bibliothecae qui-
dem regiae preesset: cumq. hic multa de te
rege sapientissimo, deq. tua diuina uirtu-
te multis audientibus, multisq. assentienti-
bus predicaret, tum uero arsi cupiditate, o
incredibili, ut ea quae ille de te laude om-
nium praedicationeq. digna memorasset, o
heroico carmine litteris mandarem, quod
id genus scribendi ad res tuas a te summa
cum prudentia, summaq. animi magnitudi-
ne administratas, magis accomodatum es-
se uideretur. Sed cum rursus inaudita quae-
dam, atq. incredibilis & infinita pene rerum
maximarum quas domi atq. militiae non
minori sapientia quam foelicitate gessisses copia
nobis offerretur: dubitare coacti sumus un-
de potissimum exordium sumeremus. Verum
cum in deliberando non satis esse uideremur,

ad nostras musas confugimus: consilio quarum
atque gravi monitu eam partem sumpsimus
tuarum rerum abs te pulcherrime gestarum
explicandam, quae ad ocia pacis pertineret:
non tam quia haec faciliora essent quae quietis
temporibus abs te gesta sunt, quam quod expedi
tiora quoque ad properationem nostram esse puta
rentur: cum bellicas tuas laudes superesse tot
tantasque musae nobis demonstrarent, ut eas
enarrare minus esset huius nostrae institutae
rationis, qua in emendandis voluminibus tuo
iussu escriptis occupamur: presertim cum tam
magnae sint, tamque multae res quas in armis
gessisti, ut ingenio magis expolito per exer
citationem diuturnam, atque magis exculto
quam hoc nostrum sit ingenium, ad illas pro digni
tate satis exornandas opus esse videatur.
Quamobrem ne pieridum gravissimas asperna
rer monitiones, in hanc potissimum senten
tiam discessi, ut quae ad studia pacis celebram

da, quae ad ocium & tranquillitatem pertine-
rent, uersibus prosequerer: hoc tamen consi-
lio, ut quod ad exactissimam tuam sapienti-
am spectaret, qua in studiis pacis usus es, ni-
hil a nobis pretermitteretur. Nam cum om-
nia quaecunque in uita gesseris te diuina quadam
quae lucet in te multum sapientia constaret
effecisse, dixi cum legisses apud Platonem scri-
ptum diuinitus, foelices illas respublicas fore,
quarum principes aut ipsi philosopharentur,
aut eos qui philosophi nomen consequuti es-
sent, unice diligerent: te omnium bonarum
artium disciplinis ita mentem atque animumque
tuum instituisse, ut nonmodo in regem eua-
deres doctissimum, sed amore quodam arden-
tissimo in eos omnis homines flagrares, qui
in aliquo litterarum genere floruissent: ut non
tam se beatas atque foelices illae ciuitates quae
consilio regis appellare possint, quam se beatissimas
omnium atque foelicissimas debeant existimare

quod absit rege sapientissimo tam fortiter tam sancte, tam prudenter, tam religiose gubernentur, ut utrunq. per te illę cumulate satis consequutę fuerint: & quod unus omnibus qui uiuunt quiq. diu uixerunt magis sapis regibus & quod doctos omnis ubicunq sint tanto amore, tantaq. beniuolentia complecteris, ut uno consensu omnes nonmodo te ut alterum Cęsarem augustum, aut macedonem salutent Alexandrum, uerum utrosq. in te uno pro tua summa clementia in omnes, pro liberalitate inaudita, pro magnificentia tua regia facile recognoscant. O sapientiam admirabilem, atq. omnium nationum temporum, sęculorum, laude predicationeq. celebrandam: cum diuino quodam ingenio perspiceres multo commodius ex tribus ea posse accipi quę a tuis ciuibus & populis ad consequendam fęlicitatem expeterentur, Reginam accersisti tanta humanarum diuinarumq. rerum scientia

refertissimam, ut & laudem Corneliae gracchorum matris, atque sybillarum quaecunque floruerunt, facile obscurare posse videatur. Hanc igitur cum sociam auspiciis paribus in gubernando regno ita tibi delegisses, ut in imperio administrando nunquam eius aut consilium aut prudentiam esses desideraturus, profecto re ipsa expertus es, uxorem tuam sapientissimam omnium reginarum nonmodo quae sunt, sed quae fuerunt antea. Itaque cum in hac parte o uxoris accersendae cumulatissime tibi prospexisses, restabat quiddam tertium, quod ubi expedisses, universum quidem negotium regium quod intra te statuisses, sapientissime tibi confecisse videreris. Nam cum numero deus impare gaudeat, putasti faciendum, ut quae genuisses natum suavissimum, ad imperium gubernandum tertius adderetur. Verum nequid Joanni filio deesset quod ad regem sapientissimum futurum pertineret, eadem

omnia quae ipse didicisses, per te statutum
est ut a filio tuo regio adhibitis magistris &
doctoribus ad id faciendum accomodatis, e
discerentur. Quod tuum sapiens consilium
cum fortuna quoque multum adiuuisset, fa-
ctum est ut quod uehementer ipse concupis-
ses, non mediocriter fueris consequutus.
Nam cum Taddeus ugolettus ad uos se contu-
lisset, traditae sunt a fortuna tibi ansae mul-
to faciliores ad eam rem, quam ipse require-
bas exequendam: presertim cum ad homi-
nis doctrinam mores quidam aurei accede-
rent: & qui ad instituendum tanti regis
filium non minus conuenirent quam ipsa eru-
ditio. Nam cum reges qui sunt, & qui futu-
ri sunt, exemplar ceteris se prebeant intu-
endum, unde ciues urbani sibi sumant quod
cum uirtute atque laude imitentur, iure in
magistrum ac doctorem qui natum regium
erudiret, eum uirum elegisti qui & doctri-

nam simul & mores probos esset prestatur⁹.
E st igitur ubi traditur puer regius Taddeo preceptori ad omnis bonas artes effingendus, incredibile dictu quam brevi pervenerit non modo ad summam doctrinam, verum ad experientiam quoque rerum bellicarum. Ut enim omittam preceptorem instituisse regium discipulum ad omne genus excellens litterarum, sic ad imitandum patrem in re quoque militari puer ab eodem preceptore inflamatus est, ut vel fortissimos Romanorum duces facile adequaturus esse videatur. Sunt & alia complura, que quia nota tibi esse arbitror, silentio preteribo in presentia: non tam ne videar ineptus in rebus notissimis tibi recensendis, quam ne nomen parum considerati hominis incurram: si que luce solis magis patent omnibus, ea contendam oratione mea reddere illustriora. Ergo ubi hec tria sunt abs te confecta, que intra teipsum sepe

7

atq; multum cogitasses: idest postq̄ omnibus bonis artibus te atq; Ioannem instituisti filium suauissimum atq; ubi accersisti reginā moribus atq; ingeniis uestris non dissimilē tandem istę quas subiugasti nationes deprehenderunt quonam modo per uos & quanā uia uterentur ad foelicitatem consequendā.

Vt enim natura rerum in diuinitatem ipsam triplicem dicitur intueri ut inde sumat in rebus omnibus creandis eas formas quae in mente diuina domicilium suum atq; sedes posuere sic & tui populi ac uirtute tua subactae nationes te ipsum contuentur. a beatrice regina nusq̄ dimouent oculos. in Ioannem filium regium quotidie sic respiciunt ut ex his tribus simulacra uirtutum exercendarum dum assumunt easdem sibi ad imitandum proponant. Quamobrem quod in superioribus coepi disputare consequatur necesse est: ut per uos principes sine con

trouersia doctissimos & populi & nationes fiant beatiores. Nam quales sunt in republica principes, tales reliqui solent esse ciues: ut est apud Platonem scriptum diuinitus: quo nos auctore tanto libentius utimur quanto ceteros doctrina & eloquentia grauissimus ille philosophus uidetur superasse. Verum cum sapientes qui habentur soleant intra se ipsos saepe ac multum cogitare omnia priusquam aggrediantur: deinde quales & quam egregiae fuerint cogitationes eorum, quasi quaedam signa prae se ferre consuerint, quae oculis cernantur atque pateant omnibus: ad sapientissimorum imitationem Mathia serenissime incredibili quadam ubi diu quae facienda essent tecum animo uolutasti, usus es liberalitate atque magnificentia regia in homines eruditissimos: ut nihil tuis ciuibus tuisque nationibus & populis deesset, quod ad

cumulandam illorum foelicitatem maxime pertineret. Hinc non solum domus tua regia doctissimis hominibus abundat quocūq. in tempore & in quocunq. genere litterarum, uerum etiam tibi concilias omnes qcunq. in singulis orbis terrę partibus reperiuntur: eosq. tanta clementia regia, tāq. multis ac magnis prosequeris muneribus, ut illi relictis rebus omnibus aut aduolent ad te tanq̄ ad alterum Alexandrum macedonem, aut Cęsarem augustum salutandum, aut siquo casu impediuntur ne possint proficisci, tanto amore tui regiarumq. uirtutum absentes capiuntur, ut more amātium de te deq. tuis rebus pulcherrime gestis aut in coronis hominum quotidie loquantur, aut scribant multa de te domi suę tanta cum elegantia & copia, ut facile appareat quid amor summus possit in rebus humanis: & q̄ sępe soleat eos qui o

nec ingenio multum nec doctrina potuerunt antea sic stimulis urgere gravioribus ut dum amat(a)e rei gratificari cupiunt de re amata in scribendo se superent: mutationem illorum in multo melius tam celerem tamq(ue) repentinam nonmodo reliquis omnibus sed illis ipsis qui tot egregia praeter vires solitae conscripserint admirantibus. Neq(ue) solum hoc uno argumento rex sapientissime omnibus declarasti q(uam) pulchra q(uam)q(ue) bona meditaris intra tuum animum sed aliis atq(ue) pluribus. Nam cum non tam prudentioribus ipsis q(uam) populo & multitudini satisfaciendum esse iudicares, ea templa immortali deo dicata condidisti quae nonmodo digna viderentur in quibus superorum memoria celebraretur maxime, verum etiam ut ab illis ipsis purioribus superorum mentibus assidue incolerentur: ut de penatib(us) regiis taceam: cum tanto auro istos exornaveris ut exuperare facile regum reliquorum q(uam)

uiuunt domicilia existimentur. Hic ego non dicam quibus aula regia laquearibus, quibus ornatibus diuersorum generum exculta quidem atque honestata fuerit: nam dies me deficiat, si uelim singula complecti oratione mea: tantum affirmabo, nihil esse in tuis penetralibus ornatius, quam hunc locum atque hanc partem aedium regiarum, in qua libri collocandi sunt eorum, qui doctrina & ingenio dum hac uescerentur aura, ceteris praestiterunt.

Quod abs te factum est non tam pro facultate quadam & copia regia, quam optimo consilio & ratione maxima. Cum enim ab immortali deo nihil maius, nihil excellentius, nihil conducibilius, nihil homini melius datum esse cognouisses quam ipsam sapientiam quae luc& in te plurimum, uoluisti tu quidem Rex sapientissimus, sacellum sapientiae in quo illa tamquam dea quaedam coleretur, intra regalia tecta esse: tanto excellentius, atque partem domus tuae

regiæ quam habitaret illa, tanto iudicasti debe-
re abste fieri ceteris pulchriorem, quanto ma-
gis sapientia præstat donis quidem atque mune-
ribus omnibus, quæ a superis in homines colla-
ta peruenerunt. Itaque miro quodam artificio
sunt instituta tibi tabulata ornatissima tripli-
ci quodam ordine, in quibus edita uolumina
hominum doctissimorum in quocunque genere
litterarum exponerentur: atque adhibitæ corti-
næ ex auro per artem intertexto & purpu-
ra confectæ, quæ libros a situ & puluere o-
subtiliori uendicarent. In parte ima quæ pa-
uimentum attingit, collocata sunt scrinia gra-
ui arte laborata, in quibus uolumina quæ in
tabulatis superioribus præ multitudine locum
non haberent, plura simul conderentur. In me-
dio aulæ tales positi tripodes, in templo apollinis
quales extitissent: quod non minus conueniret
in penetralibus sapientissimi regis, quam in æde a-
pollinea prius conuenissent: quorum alter pre-


standae sapientiae deus haberetur: alter uero sic auctor conseruandae sapientiae atque honestandae ita ut est ab omnibus existimetur: ut mira quaedam inter utrunque regem atque deum similitudo esse uideatur. His igitur sedibus ita constitutis: quibus accipienda essent diuina illa ingenia quae multum floruissent in studiis litterarum: adductus sum ut per enumerationem quandam graecos prius scriptores enarrarem: in secundo loco latinos exponerem: in tertio qui religionem christi sunt sequuti explicarem. Vbi uero sunt a me quos memoria mihi subministrare potuit enumerati omnes conatus sum docere pluribus argumentationibus bibliothecam tuam regiam Mathia serenissime: non tam reliquis numerosiorem quae hactenus fuerunt: quam praestantiorem quoque multoque meliorem. Siquidem ad graecos & latinos libros quos possedit antiquitas quosque ipse collegisti: accedant etiam religionis nostrae

libri pene innumerabiles, tanto acumine inge-
nii, tantaq; humanarum rerum diuinarumq;
scientia compositi, ut uel iudicibus illis priscis
(si fieri posset) scriptoribus, qui ante q̃ christus
terras humiles peteret extiterunt, multis mo-
dis multisq; rationibus & numero & bonita-
te, bibliothecæ tuæ bibliothecas ueterum sis
superaturus: ut de ornatibus taceam qui adhi-
bentur in tuam, qui tanti sunt atq; tam egregii
ut a nullis non dicam exhiberi, sed ne cogita-
ri quidem ualeant prestantiores. Quamobrem
cum in uno te nonmodo italia tota, sed exteræ
quoq; nationes omnium uirtutes priscorum re-
gum facile recognoscant, mirandum non est
si te omnes prosequuntur diuinis laudibus:
si te ueluti numen quoddam in terras cælitus
ad nos missum uenerantur: præsertim cum
hoc de te nonmodo homines faciant iudicium
sed musæ quoq; immortales quæ sunt, de te
idem sentiant & re probent atq; confirment

plurimum cum te propter dicantur sedes
priscas deseruisse pierides, ut tecum sint te-
cumque conuersentur. Neque mehercule iniuria:
cum neminem adhuc q̃ te indulgentiorem
hospitem inuenerint. Cuius rei argumento no-
bis esse possunt cum alia complura, tum hoc
uel ante omnia, quod gemini fontes illis abs te
sunt parati pro uno uetere pegaseo fonte: in
quorum altero musæ sub sydere cancri se a-
qua lauent frigida: in altero unda sese foue-
ant calida, eo tempore quo terra riget niuibus.
Huc accedit quod alia de causa musæ quoque ti-
bi se debere fatentur, & quod ornaueris alū-
nos earum multis modis, & quod eos sedibus
pulcherrimis in aula tua regia donaueris:
quamq̃ illi tanti abs te suscepti beneficii non
immemores, habebunt per seipsos aliquid quo
tibi regi sint magnificentissimo liberalissimoque
gratias relaturi. Nam foelices animæ quæ
Christum in terris coluere, ab eodem impetra-

bunt: ut pro beneficiis in eas abs te collatis
foelicitate hominum in terris potiare: in su
peris aeuo fruaris sempiterno, cum illuc te
contuleris. Caeteri uero qui procul a Chri
sto fuere, & qui eius religionem minus seq
potuerunt, quiq ut credidit antiquitas in e
lisiis uersantur, mentem atq animum suum
inspirabunt poetis qui modo uiuunt, ut te lau
dent pro meritis, & quae gessisti mandent litte
ris: sed iisdem numeris iisdemq carminibus
quibus aut Homerus Achillem, aut Virgili
Augustum immortalitati commendauit: un
de non tam in superis sedibus, q in terris etiā
humilibus Mathia serenissime ab omnibus
celebrabere. Hic igitur est finis quo meum
in te scriptum carmen, & quod nunc ad te
mitto terminatur: quod si tibi regi sapientis
simo atq magnificentissimo fuisse gratum
sensero, sic bellicas tuas laudes attingere au
debo: ut omnes homines intelligant me totū

instituisse ad coruinæ familiæ decus celebrã-
dum: atq; ita ut omne ingenium meum, om-
nesq; uires & animi & corporis, uni tibi per
uniuersum tempus uitę sim dedicaturus.



IN SEQVENTIBVS CON
TINENTVR LIBRI QVATV
OR VERSIBVS SCRIPTI DE
LAVDIBVS AVGV
AVGVSTAE
BIBLIOTHE
CAE.

NALDI NALDII FLORENTINI DE LAVDIBVS AVGV-STAE BIBLIOTHECHAE LIBER PRIMVS AD MATHIAM CORVINVM PANNONIAE REGEM SERENISSIMV̄



VM MIHI
CORVINVS
CELESTI E
SORTE CA-
NENDVS
Sit ratione datus
cū sit rex maximꝰ horum
Mathias regum: latasq; qui ex ordine fati
Arte regunt terras, cum pace insignis & armis
Ille sit atq; parem partes se prestet in ambas
Me dubitare facit quae prima exordia sumam
Aut quod principium tantis modo rebꝫ habendū
Esse putem. referam ne prius q̄ fortia bella
Gesserit: & uictor quotiens superauerit acer
Non modo: sed duros iuga ferre coegerit hostes?
Anne prius memorem quantum colat ocia pacis
Optandae. quantum tribuat bonus ille quieti
Atq; nouem musas quanto ueneretur honore?

Incertum quid agam prius est. uos ergo puellę
Pierides: sedem permessi ad fluminis undam
Quas habuisse ferunt: precor aspirate canenti
Quæ potius uobis nunc incipienda uidentur
Quæ ue cauenda prius: nam quod statueris idipsum
Exequar: atque duces hinc uos imitabor honestas
Vix prece finita dixi: cum numen amicum
Adfuit: atque nouem referens mandata sororum
Hæc ait aoniis sententia uisa puellis
Est modo: cum nimis hæc tantarum copia rerum
Urgeat ingenium: nimiumque laboris in omnem
Postulet hanc operam: grauibus ponenda canendis
Quæ foret in rebus: quas gessit marte secundo
Acribus in bellis princeps coruinus & armis
Fortis: cumque domum uictricia signa reportans
Hactenus extiterit semper: celebresque triumphos
Ipse iouis summi palmata in ueste refulgens
Duxerit in curru mathias uectus eburno:
Quæ gerit ille domi: quæ gessit tempore pacis
Quæ mentes hominum possint mulcere quietæ

Quæ studiis alimenta bonis tam multa parauit
Instaurare bonus nostris placitura camenis
Jsta priora tibi: potioraque ualde putabis
Tu quibus intendas neruos: animumque uolentem
Applicuisse pares. At tunc grauis horrida martis
arma canes: acrisque uiri præstantia facta
Tempora cum tantis mox æqua laboribus olim
Sint concessa tibi. Cum iuppiter ista notare
Te uolet: & tantis uolet interponere rebus:
Temporis angusti qa non ea gesta putantur
Esse: nec ingenium tardum mentemque requirunt
Jn geminas quæ se male diuidat anxia curas.
Mox ubi desieris res commemorare quietas
Finierisque modis placidis ubi dicere facta
Mitia: coruinus quæ gessit apollinis arte
Fortia sic grauibus numeris memorabis: homeri
Concelebranda tuba uatis: sic carmina plectro
Aptabis recinenda nouo: sic martis in acre
Te exercebis opus. sic regis facta repones
Mathiæ: populos quæ commemoranda per omnes

A cribus in bellis gessit fortissimus heros:
V t tibi tunc liceat lato decurrere campo
C uius equos spatio uates duxere priores:
H uncque tuos: ubi mars feruet: deducere currus.
T uncque coturnato dignissima uate referri:
P ermittam: numerisque tuis & carmine dici.
I nterea nequid preteremisisse puteris
E x his: mathias quae gessit amica quieti
P lurima: que in patrios populos statuisse benignus
D icitur ingenioque graui bonus artibus idem
I ngenuis: penitus referes quam mitis in omnes
I lle sit: & musas quam sit ueneratus amicas
Q uotque suis opibus sibi conciliare pararit
D octrina insignesque uiros: artisque magistros
E gregiae quoscunque uelis: quoscunque requiras
h aec ait: & subito tenues discessit in auras.
H inc mihi pierius mentem calor impulit: haec ut
F acta prius memorem: que rex coruinus agenda
P acis in ornatus iussit/statuitque futuros:
N am cum pace quidem belloque sit aptus & armis

V iribus indomitis. cum sit uel utrunq; sequutus
P restat utrunq; bon⁹ pariter uel pace uel armis
P oscit: & a nobis hæc utraq; facta uicissim
D icier: at prius hæc dicant ut ordine primo
O cia quæ teneant in se: gratamue quietem
V ltimus in bello nam sit cum finis habendus:
H ostibus euictis optata ut pace fruatur
O mnia coruinus semper facienda putauit
Q uæ referunt pacem, quæ pacis & ocia seruat
Q uod facere ut posset melius: sapientia prim⁹
E st suscepta duci. prius & sapientis honestos
S umpserat hic habit⁹: doctos uenerat & omnes
I nde uiros: quotcunq; foret ubicunq; maneret.
H inc se componens ad habendas protin⁹ artes
I ngenuas, nouit qd fert doctrina qd acer
G rammaticus: rhetor qd agat. quę tempora rer
P risca fuere prius: moresq; fuere probandi.
B ellica res quantum famæ dedit ipsa gerenti
F ortia bella duci prudentib; acta ministris
M ilitibusq; illis, qui fortiter omnia tentent

Publica res etiam: qua sit ratione regenda
Mathias nouit sapiens coruinus: ab ipsis
Exemplis hominum, non tā quos protulit ętas
Aeta prior, q̄ quod multo sapientius ille
Consilio patriamq; suo: patriosq; penates
Temperat: antiqui q̄ confecisse putantur
Reges atq; duces: quibus est data cura tuendi
Orbis: & imperio qui rem populosq; regebant.
Adde quod historias ubi nouerat ille uirorum
Quicqd & in terris mathias quicqd in orbe
Conficitur latio. seu quicquid solis ad ortum
Quicqd ad occasum gerit: seu qcqd ad austrum
Fiat: & ad boream postq̄ bene nouerat ille
Mente quidem celsa q̄ sit dom̄ ampla deorum
Hunc didicisse iuuat. leo qd sibi querat in altis
Sedibus: & quicqd uirgo sibi poscit honoris:
Tunc ubi mercurius coniungit ordine pulchro
Saturnoq; graui, leuis ille: iouiq; benigno
Quid ferat alma uen̄ pulcherrima sola dearum
Lętitię qd luna frequens. quid sol & amicus

A fferat ipse boni. quid & aduersarius idem
I pse mali tribuat nobis. quid triste minetur
M ars dum bella gerit: dum seuus & arma ministrat
C oruinus sapiens excelsa in mente repostum
S ic tenet: ut nihil hunc possit latuisse. quod instat
Q uod manet in fatis. quod fit per inane uolucre
A eris immensi. quod per loca cuncta futurum
P endet: & a superis causis generatur in horas.
H aec bene mathias cum nosset in omnia solers
A ddidit his alias artes: sanctosque poetas
E mplexus tanto semper ueneratur honore
R egia coruini domus ut sit ubique referta
V atibus egregiis: qui maxima facta canentes
I llius insigni meditantur ab arte decorem
I llius ac referunt laudes uirtutibus aptas
Non aliter: quam cum terras hominesque regentem
A ugustum multi uates doctique canebant
D icentes grauiore lyra sic gesta merentis
P remia summa ducis: terrę cui paruit orbis
E xtet ut in terris laus immortalis in illum

Inq; illu maneant preconia laudibus æqua
Dum sol occiduas sese demerget in undas
Hinc bene qui ueteres quicquid scripsere pelasgi
Transferat in latium picens antonius ille
Doctus adest: aperitq; tibi Rex cuncta iubenti
Grecia quæ scripsit: datq; illa legenda latinis.
Hinc quoq; qui uersu tua maxima facta reponant
Concelebrant gemini coruinia lumina uates
Cinthius est quorum pariter uocitatus uterq;
Sit quod uterq; pius musæ phoebiq; sacerdos
Dignus uterq; tuos qui carmine dicat honores.
Nec satis hoc fuerat nisi rex coruinus & illud
Adderet: ut natura tulit quod maxima rerum
Mater & in terris genuit quod ubiq; serendis
Noscat: & arboribus cur frondes uere tepenti
Instaurare parat superis deus altus ab oris
Juppiter: & rebus quæ causa sit apta creandis
Vere nouo potius: q̄ tunc ubi ferbuit æstas
Torrida. cum reddit steriles male sirius agros
Ista tenet melius quoniam coruinus & illi

Nonmodo qui populis præsentes iura ministrant
Sed qui iam dudum terras coluere iacentes:
Imperioq suas urbes fecere beatas.
Nec latet hunc regem, rubrū qd & uua colorem
Contrahit auctunno primo: cur pomifer annus
Inde fit in medio. uindemia fiat eodem
Tempore cur potius: q̄ cum riget aspera bruma
Continuis niuib glaciem cum flumina trudunt
Quin etiam sic alta sapit: sic alta requirit
Semper: & ingenio sic omnia cernit acuto:
Quæ latuere uiros nomen sapientis adeptos
Grande sophos q̄uis uitam cupiere per omnem
& licet agnorint quid sit, quid eritq fuitq
Mortales inter: quid & imo fiat in orbe
Nam quorum causæ notę minus ante fuere
Efficiunt dubias, dum cæca tonitrua mentes
Mathias sapiens hæc iam deprendit: & audet
Ingenio causas inuestigare latentes:
Cernere quas homines nondum potuere uetusti.
O res mirandas. dum delectantur ineptis

Rebus: & in uanis alii consumere tempus
Quod multo constat fuluo pretiosius auro
Dum cupiunt: curam grauioribus ille gerendis
Impendit: musas noctesq. diesq. sequutus.
Quicquid ab armorum strepitu superesse uidet
Temporis in studiis penitus consumit honestis.
Quid referam moresq. probos, quibus ille prius se
Composuisse parat, docet hinc natumq. domumq.
Coniunam: ut faciant illud, quod & unica uirtus
Socraticumq. sophos monuit ratione magistra:
Quodq. plato tradit doctrina insignis & arte:
Nanq. magister erat mediis qui natus athenis
Quemue suis aditis sapientem dixit apollo.
hic mores caelo castos reuocauit ab alto
In terras primus: docuit iuuenesq. senesq.
Quo se quisq. modo, patriamq. domumq. gubernet
Purgatusq. procul uitio tueatur ab omni
Atq. pios in res animos ut praestet agendas:
Ergo ubi socraticis imbutus pectora chartis
Omnia percepit quae nos ratione tuentur

T urpibus a cunctis quibus ac mens ipsa beatos
A ssumens habitus: similis fit ubiq. deorum
Q ui superas habitantq. domos similisq. supremi
F it iouis in terris tantum ualet aurea uirtus
h æc ubi mathias igitur suscepit honesta
I mpleuitq. animum dictis sapientibus acrem
E gregia rhetor: quod quintilianus ab arte
O randi docuit, cicero quod prestitit auctor
D icendi summus, uoluit didicisse per artem
P osset ut in populos hæc ipsa referre monendo
Q uæ prius intra se meditatus agenda putasset
O mnibus ille uiris, qui regia iussa facessunt
V tile quodq. foret, patriæq. suisq. sibiq.
I ntra se sapiens quia quæ meditatur ab ore
S unt dicenda graui penitus referendaq. uerbis
D ulcibus: ut cunctos sententia ducere possit
B landior ad rectos sensus. grauiorq. futuros.
h inc quodcunq. sapit per se quodcunq. latenti
I nuenit ingenio princeps quodcunq. requirit
I llud idem populis cunctis persuasor honesti

Pandit: & id uerbis grauioribus instat agendu
Vt cum suscipient homines quae uerba loquet
Optima, cumq; geri pulcherrima facta uidebut
Rege sub inuicto, uerbis imitentur eundem
Non modo: rebus agant illum sed ubiq; geredis.
Ergo ubi composuit tot se coruinus honestis
Mathias studiis, animum postq ipse repleuit
Artibus ingenuis, uxorem duxit habendam
Qua comite haec ageret quae publica cura reqrit
Nam rex ut posset melius dare cuiq; petenti
Consilium: posset melius regnare: beatrix
Sumitur in sociam regni prolemq; futuram
Alphonsi regis summo de sanguine cretam
Qui septem sibi regna ferox coniunxit in unu
Protinus imperium septem domitauit & oras
Consulibus populi reru ducibusq; regendas
Militiae sic doctus erat dum bella ministrat
Milite cum forti, dum uictor ab hoste triumphat
Strenuus: ac patrios auget uirtute penates.
Dona Beatrix Inde beatrici ferrandi a stirpe profectae

V xori tantum tribuit sapientia magni
C onsilii: tantum prudentia prestitit artis
N ouerit illa nouem ut quicquid docuere camenę
S criptores priscos: quod ue inspirauit apollo
M entibus illorum: satis hæc agnoscit. & illud
Q uod monuere uiri de christo digna loquuti
N on fugit hanc/ uerum illud idem tenet usque repostum
P ectoribus mediis: altaque in mente beatrix
Regina/ & relegens noctesque diesque/ quod ipsi
C hristicolæ dederant: mentem purgauit ab omni
I lla quidem uitio: sacroque repleuit amore
V irtutis sic: ut quicquid canit omnibus horis
I n templis christi cultor: castisue sacellis
I llud idem cantat ipsa deo repetatque frequenter
C armina perpetuos christo repetenda per annos:
V t sacri canonesque docent: cetusque sacrorum
P ontificum statuens mandauit in acta referri.
H inc nihil egregium rex pertractauit agendum
Q uin bona consiliis accederet illa marito
P roxima: consuleret dubiis regina gerendis

Rebus: & imperio quouis ea digna tenendo
Visa foret populis aptissima facta regendis.
Ergo ubi iam partē rex procurauit in istam
Coniugis ingenium postq̄ quesiuit & artem
Vt bene cuncta sibi cedant bene cuncta gerant͛
Coniuge de tali qualis concessa fuisset
Munere diuino. natum sic deinde Ioannem
Erudit in patrias urbes, hominesq; regēdos
Neqd ad exemplū populis graue desit habēdū
In quod suspiciant: dum se patriāq; domūq;
Composuisse uolunt: duro uel ab hoste tueri
Nam quales primi, talisquoq; turba resultat
Vrbibꝫ in cunctis: primos imitatur & ipsum
Vulgus: ut edocuit sententia dia platonis.
Vt primi starent igitur: quos turba sequat͛
Cætera: quos reliq; ciues imitent͛ ad unguem
Talibus instituí natum iubet artibus ipsum
Rex quibꝫ instituit sese. qbꝫ optimus auctor
Factus adest dign͛ terrę cui pareat orbis
Dignus & imperii cui iam tribuantur habenę

C onsilium cuius similis fortuna sequuta
& fuit: & cure genitoris adhesit amica
N am dum forte cupit puer iuuenilib; annis
E doctum fieri. curam dum uersat & omnem
P rorsus in id studium. studio du͠ tot' in illo est
R ex bonus: ut melior natus foret inde parenti
I lluc ecce uenit latia de gente profectus
T addeus celo tanq͠ demissus ab alto
P atria bebriaco genuit quem parma sub orbe
C ui genus egregium. domus est ugoletta creatrix
& qui non hominum nutritus lacte/ sed usq;
A puero grauior musarum cura fuisset.
N anq; ubi progenuit taddeu͠ mater & illum
E didit in lucem. subito rapit una sororum
I n nemus umbriferum ramos ubi tendit opacos
S emper & eternum uiuit parnasia laurus
I llic res hominum docet hunc/ res atq; deorum
M usa uolens/ ducitq; freque͠s ubi fonus in unda
S e lauet hac: docte qua se lauere sorores
E stib; in mediis phoebo modulate per artem

C armina diuinam: musas ubi mulcet apollo
V ocibus ad cytharam placidis, fidibusq; canoris
E rgo pieridum monitus ac iussa sequutus
I lle diu fuerat postq̄ sub apolline dextro
P annonias doctus sese taddeus in oras
C ontulit: ut puerum caperet: q regius esset
F ilius, huncq; docens satis inflāmaret ad artes
I ngenuas: & ad id solum quod semp honestū
D ucitur a cunctis iustumq; putat in omnes.
T raditur ergo uiro puer instituendus ab arte
P ieria, cui tantus honos reuerentia tanta
S tabat in hunc, a quo fuerat pręcepta ioannes
S umpturus fueratq; bonas ducendus ad artes
R egius ipse puer: nihil ut tentaret in illum
P ręceptor sapiens: nihil atq; doceret agendum
Q uin puer arripiens alta quoq; mente locatum
C onderet in rectos habitus ubicunq; futuros.
P resertim cum tanta foret concessa ioanni
A duce natura iuueni prudentia rerum
P osset ut inde senes etiam superare uidendo

Quae facienda pri. quae post agitanda manerent
Rebus & in dubiis potius quid ubiq. gerendum
Esset. in imperio quidnam prestaret habendo.
Ingenio penitus tanto fuit inde Ioannes
Preditus. ad musas tantus fuit ardor eundi
Ut duce taddeo, cuius precepta sequutus
Extitit ille puer cura studioq. perenni
hauserit ex heliconis aquis, quodcunq. furore
Diuino afflati ueteres cecinere poete.
Quicquid & orator nobis dedit ore rotundo:
Aduocat ipse reis dum tristi a peste tuendis
Hos stimulus quotiens causae grauioris adurg&
& facit in rebus dubiis pallere sub acri
Iudice. dum metuunt. quemnam sententia finé
Euentumq. ferat. damnet, soluat ne trementes
Usq. adeo dubii tristissima iudicis ora
Ut sibi donari uitam moestiq. precentur
Squalentesq. rogent ueniamq. petantq. salutez
Sub duce preterea didicit coruinus eodem
Quid sibi grammaticusq. uelit. meditet, agatq.

Partibus in cunctis . quid uox sonus atque requirat
Quid tonus accentusque ferant, quod littera signet
Tam uariis distincta modis, uariisque figuris.
Inde queant homines ut rite notasse per artem
In summo tandem quot sunt errantia cęlo
Sydera: quot uarios cursus: uariosque recursus
Conficiant: seu recta ierint, seu ducta retrorsum
Diuersas agitentque uias: an grata ministrent
An mala dira, ferant causis grauioribus acta
Saturno quotiens coniungitur orbe propinquo
Mars grauis: ac cędes hominum parat inde cruentas
An ferat alma uenus nobis ioue iuncta benigno
Euentusque bonos, & uota cupita secundet.
Ista quidem ueterum quoniam monumenta dedere
historię ueteres, uariis dum littera signis
Cuncta notat quę mens hominum diuersa requirens
Inuenit: atque aliis etiam memorata relinquit.
Hęc ubi coruino dederat pręcepta Ioanni
De prisco ducens latio taddeus eundem
Edocuit graios etiam recludere fontes

V sq adeo puer ut legeret quæcunq fuere
S cripta per auctores quos grecia protulit olim
V ates atq bonos oratoresq supremos
N on aliter q̃ si medius hic natus athenis
E sset: & hinc oculis percurrere singula posset
Q uæ qs apud grecos grauis ante reliquerit auctor
D iuersisq modis uariisq notata figuris.
h æc igitur coruinus habens sibi cuncta Joannes
C ondidit atq alto seruauit pectore fixa
Q uanta patris lætam tentarint gaudia mentē
C armine non datur ut possī memorare: q̃ acrem
S pectaret natum tantis iam rebus adauctum
T amq bonis studiis mentem satiasse profundam
V t sibi persimilem iam duceret esse futurum
I ngenio uirtute noua meritisq ferocis
C orporis: atq animi grauioribus inde putaret
I n cunctis uires animosq referre paternos.
E rgo lætus erat genitor tot inesse Ioanni
O ptima: quot nulli adfuerāt de stirpe priorē
L ætus erat populus quod regis adesse uideret

Mathiæ sobolem tantam, tantisq; refertam
In genus omne bonis, ut crederet esse futuram
Dignam quæ patriis uirtutib; obuia solers
Iret: & in regno succederet una parenti.
Præcipue lætata fuit gens omnis: & una
Quisq; uir ex illis quos nunc coruinia tellus
Substinet: imperioq; regit: tenet atq; uolentes
Quod tribus exemplum caperet de regib; amplũ
De patre, de nato, de te regina beatrix
Quo bene se primum patriãq; domũq; genusq;
Legibus instituatq; bonis: ac moribus aureis.
Nam ueluti natura prius prospectat in ipsum
Auctorem mundi primum, rerumq; potentem
Cernat ut exemplum formarum in mente repostas
Quas habet ipse deus, donec generentur in orbe
Possit ut inde: cupit quicquid natura creatrix
Sumere: & in uarios habitus, uariasq; figuras
Ducere: ut hinc uariæ formæ uideantur inesse
Omnibus: inq; uicem per tempora certa creandis.
Sic omnes ciuesq; tui, iuuenesq; senesq;

Omnis &

O mnis & imperio quicunq; uir usq; libenter
P aret ubiq; tuo: partes quicunq; sequutus
D icitur esse tuas: quisquis tua iussa facessit
O bsequiturq; tibi penitus quicunq; iubenti
I n te mathias primum: natumq; Ioannem
S pectat in uxoremq; tuam rerumq; potitam
A uspiciis paribus: regni sociamq; gerendi
V t queat ex tribus his quæ sit cognoscere uirtus
V t queat exemplum rerum capere inde bonarum
Q uisq; uir egregium: dum se reprimitq; domumq;
O mnibus a uitijs: patriamq; tuetur ab hoste
V t tibi propositum fuerat diuinitus ante
C um regnum firmare tuum: rerumq; potiri
P erciperes uirtute graui, sapientia cum Rex
M onstrabat facienda tibi quæcunq; fuissent
O ptima: nequid agens gereres, sapientis habendum
Q uod nō esse putet homines: imitentur & idem
N am meliora forent hæc ut tua sæcula princeps
O rnasti primum sic te, natumq; Ioannem
M oribus egregiis. Sic accersita beatrix

V xor habenda tibi uirtute insignis & arte
V t possint homines spectare quid afferat usus
C uiq; bonus. per uos qd possit & aurea uirtus
F erre boni reliquis per uos bene cognita primos.
H ęc ubi facta tibi: quibus expurgatur ab omni
L abe quidem pectus: quibus ad meliora resurgit
O ptimus in uobis animus. super alta leuatur
S ydera mortali neglecto corpore. uestrum
F it quibus ingenium prestantius: inq; deorum
E xercens rebus sese: mortalia temnit.
C onfectis igitur: quibus est mens candida uobis
F acta quidem pulso uitio: uirtute recepta
O mnibus ut pateant quę tu meditaris & intra
P ectora. quę tecum sapienter agenda putasti
E xagitans & quę tecum tractaris in imis
S ensibus hic. ubi stans uiget in pręcordia uirtus
V rbibus in multis stant condita templa deorum
V rbibus in multis educta palatia cęlo
S tant coruine tibi: stant regia tecta superbis
Ę dificata modis: sumit domus alta penates

A urea facta tuos. rerum monumenta tuarum
N am tua tam multis ornata decoribus aula
T am miris confecta modis: atq. artibus una
O mnibus ostendit que mens animusue qs extat
h inc tibi mathia. q̃ nunc æquasse uideris
C ælicolas uirtute tua: meritisq. supremis
Q uisquis enim tabulata uidet laquearib; aureis
Q uisquis item paries quo marmore fulgeat omnis
V t testudo sedet grauibus suffulta columnis
C ernit & egregios thalami genialis honores
A dmiratus eos mirabit ubiq. uirorum
h as non esse domos: uerū hec ione digna uideri
O mnia qui terras cælum mare temperat æquis
L egibus: & mundum pariter se miscet in omnem.
S ed licet hæc ita sint abs te uulgata per omnis
M athia populos tam miro exculta decore
S umptibus atq. tuis ita facta superba ferantur
V t superent quæcunq. alii regesq. ducesq.
Æ dificare solent: quicquid struxisse domorum
C onsueuere prius: tamen hæc meliora putantur

A rtibus atq; magis uariis exculta nitescunt
H æc loca nunc ubi certa manet statioq; parata est
O mnibus ingenio qui iam nituere supremo
I ngenuasq; boni uitam excoluere per artes:
S criptis quiq; suis docuere quid esset agendū
C uiq; uiro. cultus uitę quis honestior esset
Q uis modus in rebꝰ. qđ fas optare quid aūt nos
V itauisse decet. ratio quid ubiq; requirat
R ebus in humanis melius, putet atq; gerendū
S anctius ex cunctis, homines ubi uire quiescant.

NALDI NALDII FLORENTINI LIBER SECŪDVS de laudibus Augustę bibliothecę ad Mathiā Coruinū Pannonię Regem Serenissimum

QVADRATVS MEDIIS
Q ceus in penetralibus ergo
E xistens cameras
Q testudine substinet altas
I ncurua: paries quam cinxerat undiq; fortis
D ecocti lateris duriq; a robore saxi
C ui geminę lucem fundunt a fronte fenestrę

C ompositę uitreisq; coloribus innoua certę
C unctis qui ueniunt illuc spectacula rerum
I nter utranq; manens ima sub parte resedit
L ectulus auratis stratis: ubi regius heros
S ępe solet placidam membris captare quietem
O stia bina manent illic: quorum altera mittit
I ntro quosq; uiros: mittunt quorum altera regem
I nde foras: quotiens secreta in sede locatus
S olus adesse cupit, sacris: hymnisq; canendis
A tq; triplex muri facies: quę restat ibidem
I ntegra: neue aliis ullis obnoxia rebus
I lla triplex triplici tabulatum ex ordine sumit
A rte laboratum, fului splendentibus auri
B rattea quod pinxit foliis: tenuisq; refulsit
A uratis hęc facta quidem pretiosa metallis
N on ego narrarim quanta exornatur ab arte
I lle locus fuerit prisci fuit alchimedontis
I lle operi similis. uel mentoris artibus idem
P ar fuit egregiis nec plus ualuisse feratur
D ędalus ingenio: quam qui se exercet in illis

C elandis lignis incidendisq. figuris
I ure quidem: quoniam tabulati q̃libet ordo
T ernus inest libros asseruaturus honestos
S criptorum: quos & doctrina insignis & ingẽs
G loria tollit humo, superasq. attollit in oras.
Q uid referam textas auri sub tegmine uestes?
P urpureoq. simul pariter uariata colore?
Q uid memorem scutulata modis splẽdẽtia miris
E x quibus imperio regis cortina per artem
F acta nouam circum diuina uolumina texit
O mnia: ne puluis libros aurataq. terga
D eturpet, maculetq. grauis fulgentia late
N on minus aurigero q̃ sol ubi surgit ab ortu
& mare collustrat radiis, terrasq. iacentes.
I nde capax locus hic foret ut magis ũdiq. cingũt
S crinia thirenni confecta ex arte magistri
T am bene, tam facilisq. nota, manibusq. peritis
V t quaecunq. manent illic perfecta putent̃
P artibus ex cunctis: ut regis facta supellex
D ebuit esse quidem terrę cui debitus orbis

Est modo: cui rerum iam nunc debent(ur) habenę
In medio tripodesq(ue) astant: unaq(ue) resurgu(n)t
A terra tales quales agitata furore
Pithia plena deo prius ascendisse solebat
Diuinos quotiens monitus stimulabat apollo
Ut canat ex aditis: antroq(ue) refundat aperto
Omnibus illa uiris, qui tunc responsa petebat
Ostendente deo melius quodcunq(ue) futuru(m)
Esset: & in cunctis q(uo)dnam foret inde gerendu(m)
Quisq(ue) uir ut sciret, sensuq(ue) notaret in imo.
Rex igitur tales tripodas iubet esse patentes
Coruinus mediis latę in penetralib(us) aulę
Quod bene conueniant illic sapientis in usu(m)
Regis, ut in templo tripodes patuere locati
Cuius apollo deus: quo nec sapientior alter
Extitit in superis: imo neq(ue) mansit in orbe.
Hoc tam(en) intereratt ueteresq(ue) nouiq(ue) quod illos
Serpentis tripodas pellis maculosa tegebat
Hos tegit irradians auri sub tegmine uestis
Tot gemmis grauib(us) nitidisq(ue) ornata lapillis.

V t quicqd prex se reges habuisse putantur
M athiam cumulasse putes: sapientia quo sit
I llustrata magis. propriis sit honoribꝫ illa
C ulta magis, ueneratamagis qa nō satis illam
P ro meritis ornare queant mortalia corda.
S ed tamen ut potuit rex hanc coruini^9 in orn&
& colat ut potuit magno ueneratus honore
O rnauit penitus tripodas, quibus illa supremos
A ccipit auctores super his, aperitq; legendos
I lla quidem libros, quos composuere uetusti
& docuere uiros quid habet sapientia primum
Q uid monet humanumq; genus, qd rite gerendū
E sse putet nobis. aut quid meditetur agendum
O mnibus illa uiris: qui se patriamq; domumq;
C omposuisse uelint tandem uirtute magistra.
A t lic& hæc superent quæ nunc facis ordine longo
M athia regum prestantia facta nouorum
Q uos nunc orbis habet: cælo quos phoebus ab alto
A spicit: oceanus quos circuit omnibus undis
N on tamen id mirum est: si quę sapientia cernant

Sit tua nunc homines. quo sis affectus amore
Rursus in hanc uideant. si nunc meditent̃ & idē
Omnia q̃ cupias illi tribuisse merenti
Qui certe fuerit sapientis nomen adeptus
Qui reliquos etiam doctos superarit honore.
Ergo quis auratas miretur ab ordine sedes?
Ornatusq. loci miretur in omnia summos?
Cum non hanc homines quales habet infima tellus
Rex habitare uelit sedem coruinus: at illos
Ingenii meritis qui sic intuere per orbem
Ut mortale quod est, iam deposuisse putentur
Atq. domos superas iam nunc habitare ferantur
Si quod habet nomen doctrinae gloria: si quem
Fama leuat meritis pro talibus ardua supra
Sydera. si uirtus homines facit una beatos.
Ergo uides illum tabulae qui primus inheret
Qui loca prima tenet: ueteres uocitare solebant
hermen: sed qui mercurius: ter maximus idem Trimegistus Merc
Dictus ob ingenium quo claruit ille supremum
Mortales inter, superis quoq. notus in oris

Orpheus

S cripsit pauca quidem sed maxima pondere rex
N ec mora subsequitur rigidas qui carmine quercus
F lexerat & numeris recinens fidibusq; canoris
M itia corda feris ita fecit: ut ille canendo
C ogeret ex altis descendere montibus ornos
E t uolucres caeli suauissima uerba sequutae
& syluis, uatemq; sequentibus orphea nixae
H unc comitarentur terras ubicunq; per omnes.

Museus

P roximus in tabula tantoq; affectus honore
M useus: cunctosq; ueterrimus ante poetas
I ncedens teneros hero memorauit amores.
T empore quo tumidum cupidus transire leander
Ǣ quor: ad incensum lumen properabat amatae
H unc mage pierides quem dilexere puellae
O mnibus: & cui plus uati tribuisse feruntur
Q uartus sorte loci sedem tenet: undiq; circum
A rtes ingenuaeq; colunt, uenerantur eundem
A tq; repertorem ueluti primumq; parentem
I llarum: q; ferunt oculis: pariterq; sequuntur
L audib; hunc ipsum meritis: qa carmen homeri

Est ita compositum numeris grauioribus omne
Hoc ita de multis sententia ducta refersit
Rebus carmen idem: quas nouerat auctor: & idē
Inuentor quarum fuerat prior omnibus unus
Ut nihil aut sapiens fuerit meditatus agendum
Aut is: ab ingenio qui sydera uenit in alta
Cognoscens quae signa ferant, bona q̄ta ministret
Astra quidem: seu quot nobis aduersa minentur
Ut nihil in terris meditetur ab arte serendis
Agricola: aut is qui malo suspendit ab alta
Carbasa, dum fluctus uoluit sulcare marinos
Carmine quin uario fuerit complexus homerus. Homerus
Adde quod ante duces qcq̄d uoluere per artem
Nosse quidem summi, summā didicisse magistro
Uate feruntur eo: qui maxima facta pelasgum
Belliaq; qui cecinit totum uulgata per orbem
Troica militibus cum moenia diruta graiis
Ante fuere quidem tanto celebranda poeta
Hinc quoq; qui patriam bene temperat illius arte
Doctus cuncta facit qui gesta notauit achillis

M eonius quondam dictus, qui carmina grecis
M ilia multa dedit nullam subeuntia mortem.
Q uis post hunc sequitur? quis tur tabulata per ampla
A diacet? aut pulchro quis dicit ordine quintus
Pindarus E sse? quis in tantos sedem sibi sumpsit habendam?
E st, ego ni fallor, ni sum deceptus ab illo
P indarus alatis humeris adíturus & alta
S ydera. thaletis qui prima inuenta sequutus
C enset aquam rebus primordia certa creandis
S orte dedisse noua qui curribus instat equorum
C armine narrandis. qui rursus & ore rotundo
P ithia cantat ouans & scandit in astra uolatu.
A rdua, cum terras humiles despectet ab alto
O mnia cum famam preter putet esse caduca.
P rotinus in tanto sedem sibi sextus honore
Hesiodus I nuenit ascreus uates: cui musa merenti
A ttulit hos calamos: docuit quibus ille canendo
T erra ferax qualem foret efficienda per artem.
C onuenit hec oleę: uiget, ut uitibus apta, illa
V t segetes alibi surgunt, alibique faselus

Nascitur: & melius uenit a radice legumen
Vellendum: si uera docent quos ruris habendi
Cura tenet: uel qui proscindunt arua coloni.
Huic comes astabat sub eadem sorte nicander
Rura canens: rurisq. artem studiumq. serendi
Quale sit: aut quando tellus agitanda nitenti
Vomere: cum grauibus sulcanda ligonibus illa
Sit bene nos docuit prestanti carmine uates.
Quid natura ferat serpentum monstrat & idem
Morsibus illorum grauibus medetur: & audet
Ferre quid in dubiis bene uaticinetur agendum
Quisq. uir: & quali uerum inueniatur ab arte. Theocritus
Qui numeros cantusq. rudes pastoris inepti
Atq. siracusio scribit qui plurima uersu.
Pastorale facit siculis qui carmen in oris
Quiq. greges meminit: caprasq. theocritus auctor
Inde petit sedem coruini regis in aula
Nec nunc alceus tanto fraudatus honore Alceus lyricus
Dicitur: auratis namq. in penetralibus ille
Appendet tabulæ: paries quam substinet alte

G rande canens carmen: lyricisq; ī prelia surgēs
V ersibus hic famæ cantando inseruit honestę.
Sapho N on te transierim grauibus miscenda poetis
S apho nec ingenio inferior nec uersibus aureis
I psa licet teneros ardens cantaris amores
A tq; phaona tuum grauiter conquesta rogādo
F eceris insignem: fama super astra ferendo
A lta: rogis lachrymans procul ee migratibꝰ illū
I usseris, & nomen satis immortale phaonis
C armine reddideris uariis agitata querelis;
N am tu consorti patriæ coniuncta: lyręq;
H esisti merito simul una sedilibus altis
& numerum uatum replesti sapho priorum.
Sophocles I nde quidem mira consurgit ab arte sophocles
A tq; coturnatis se iactans uersibus altam
O ccupat ipse sibi sedem tabulata per ampla.
P ost hunc ille sedet polydori funera uates
Q ui graue prosequitur donec regina dolore
V icta hecuba insano canis & furibunda diu duz
F acta quidem latrat conquestibꝰ omne repleuit

L itus: & in lachrymas durissima queq; coegit
I re quidem subitis fuit hec ita territa mõstris
V idit ubi extincti corpus miserabile nati
V ulneribus fossum, quod littoris unda tulisset
P ost alii plures ueniunt, sedemq; capessunt
C ondignam meritis uates, sanctiq; poetę
N umine correpti: quorum si nomina ponã
I psa dies me deficiat, ne cętera possim
E xplicuisse satis, mihi quę referenda supsũt
C um dicti fuerint, quos inspirauit apollo
S acra nouem uates & qui tetigere sororum
C ura dei fuerant populos q; semper ĩ omnes
G rande sophos nũc q; norunt, sapiẽtia quos &
A dmonuit causas inuestigare latentes
S edibus auratis optata sedilia quęrunt.
& sibi quisq; locum cupit inuenisse decentem
E gregium quorum fuerit qui nomẽ adeptus
S ocraticus q; plato uenit antefẽndus in omnes Plato
I ngenio populos: quo nec prestantior alter
V t sua quę meditatus erat bonus omnia late

S cripta docent longum satis asseruata per æuum
P erpetuos eadem satis asseruanda per annos.
N am nihil ex rebus cunctis sapienter omittit
N omine socratico quin scribat ubiq. legendum
T ranstulit in latium quem mira edoctus ab arte
M arsilius nobis thusca ficinus in urbe.
J nde plato latius factus monet ergo latinos
V t prius & graios, quicquid natura deorum
C ontinet, & superis quicquid tractatur in oris.
J nde quidem causas rerum uestigat: & omnes
E docet: ut quicquid uirtus iubet una sequamur.
L egibus inuigilatq. bonis, quibus ipsa regatur
P ublica res: de qua libros bis quinq. tuenda
E didit: ut nullos fugerent pręcepta gerendæ
A tq. gubernandæ patriæ quam rite bonus uir
P retulit & propriæ uitę, modo seruet eandem
J ncolumem patriam: duro tueatur ab hoste.
h æc & plura quidem suaui tam scripsit ab ore
R esq. graues uerbis ita miscuit ille notandas
D octior ut nullus graios habeatur in omnes

Alter & eloquio qui plus ualuisse putetur
Iudicibus cunctis non inueniatur in orbe.
Proximus huic sequitur, sub eodeq. ordine sedē — Aristoteles
Sumit aristoteles: est quem mirata uetustas
Ille quod ingenio sic prestitit unus acuto
Vt quoscunq. libros cuncti scripsere priores
Viderit, inq. suos collegerit omnia solers
Scripta uetustorum, nequid superesset in ipsis
Priscorum libris, quod posset in acta referre
Quodq. locis posset propriis legisse notatum
Posteritas, posset satis agnouisse, quod omnes
Ante dedere sophos ueteres meminere quod ante
Corpus aristoteles quoniam collegit in unum
Omnibus a priscis olim quae scripta fuere
Vt sua lecta forent propria quae ferret ab arte
In pretioq. forent tantum quaecunq. dedisset.
Ergo ubi disseruit uerbis bene singula acutis
Ac res inuentas distinxit ab ordine certo
Omnibus atq. dedit grauis ubicunq. legendas
Ille tribus libris tribuit precepta per artem

Theophrastus

Xenophon

O ptima nos quibus & patriā nostrosq; penates
A drecti normam bene composuisse queam
V nde tot egregias laudes meruisse uidetur
H orum iudicio qui sunt inuenta sequuti
I llius in primis: ut uel loca quisq; laboret
P rima dedisse uiro. partes tribuisse priores.
N on te transierim sapiens theophraste: loquutū
O mnia: tamq; graui placidoq; referta lepore
V t tibi diuinum nomen tribuisse priorꝝ
N ullus ob eloquium dubitauerit: ore diserto
T am bona uerba tuo manabant dicta per artē.
Q uis te fraudatum coruini sede relinquat
C armine quis xenophon nō predicet īter habendū
S criptores illos quorum noua gloria fulget
O mnibus in terris: dum sol lustrabit & orbē
O mnibus in populis eadem cumulata nitebit:
D ulcibus hanc ita cum uerbis grauibusq; referta
H istoriam scribas uitam quæ continet omnē
P ersarum regis cyri moresq; probandos
N ullus ut ex omni numero queat inde uirorꝝ

Agnouisse satis uirtus ubi maior habenda
Sit tua: dum scribis pulcherrima facta priorum
Rebus utrum grauior cunctis habeare notandis
Dulcior an uerbis, quibus uteris arte peritus
Dicendi: ut seruent penitus tua uerba diserti
Qui fieri cupiere uiri: superare uolunt qui
Dulcibus aut uerbis omnes, aut rebus honestis.
Vix hunc fatus eram, cum turba imensa sequentum
Ingentis qualem nunc est memorare laboris
Aduenit: & subiens tabulata iacentia muro
Partem implet magnam: sic affluxisse nouorum
Vt dicas comitum numerum turbamque frequentem
Vsque adeo cuiquam uix ut numerabilis esset
Grande sophos uaria quae sit ratione sequuta
Ingeniique sui monumenta reliquerit: & quae
Delectata graues rerum cognoscere causas
Posthabitis aliis uitam posuisse feratur
In contemplandis quae fert natura creatrix.
Post haec inuitans ad honesta sedilia princeps
Coruinus multos praecepit in ordine pulchro

Foelices animae starent quibus alta fuere
Astra notata prius: superum domus atq. deorum.
Quiq. poli gemini motus, caeliq. meatus
Agnouere prius, mox & docuere uolentes
Nosse qd astra iuuat, qd sydera triste minentur
Ptolomeus Hic prior in tanto surgit ptholemeus honore
Qui situs uarios orbis uariosq. recessus
Pinxit: & a superis transiuit ad infima terrae.
Inde syracusia fuerat qui ex urbe profectus
Coruini regis tabula suspensus ab alta
Pendet: & ingenio sic est meditatus acuto
Plurima signandis ita doctus ab arte figuris
Ut dum forte leui intentus noua puluere signat
Quaedam: dumq. oculos terrae tenet ille refixos
Milite percussus uitam cum sanguine fudit.
Qui megarensis erat, subit ille sedilia late
Summa quidem campos meditatus, & ardua motis
M[illegible]tur terras animo: metitur & arte.
O coruine uenit quae nunc procul aspice gentem
Demosthenes Principio [illegible]uius demo[illegible]henis arma relucent

Oratoris

O ratoris enim partes tenet ille supremas
O mnibus in graijs, populosq. peritus in omnes
F loruit, atq. reis tutor, patriæq. suisq.
R egibus a macedum ueteres defendit athenas.
S cripsit & in regem grauiter tam multa philippuz
V t magis hic patriam uerbis bonus acribus ipsam
J uuerit orator, q̃ multo milite fortes
A nte duces graĩ dum bella gerenda ministrant
Et procul a patria conātur sistere turmas
h ostiles: hastisq. simul, gladiisq. trucidant
Q uoscunq. in patriam, patriasq. domosq. ruentes.
E schines comitatur eum partisq. secundas Eschines
A ccipit ipse dato minimum contentus honore.
R ursum isocratici concessa sedilia plures
D octores ineunt quos cura domestica fecit
A tq. lares intra, multis prestare loquendo.
N anq. ut equo plures troiano in prelia quondam
D uctores greci fortes abiere: ducesq.
E xercenda boni: sic multus ab arte magistra
R hetoris orator satus est: lateq. profectus

P er graium populos iuit: gentesq. pelasgas
H ermogenes posuit grauis inde sedibus alte.
E diderat libros quos ille: ut rhetoris arte
O stentare noua uigilata uolumina posset
G raia quibus fertur doctissima facta iuuentus.
S edibus in tantis non aspernandus habetur
Herodotus — H erodotus scriptor grauis ille: paterq. uetustę
H istorię: tantum e tribuit cui grecia quantum
L iuius accepit latia de gente quirini.
Thucydides — N ec loca thucydides ea deserit aurea solers
Q uę grecis late scriptoribus ampla parantur
S ed petit ut detur locus inter habendus & illos
A uctores quorum non defraudandus honore
I lle sit: atq. comes nullus quibus ire recusat.
Herodianus — H inc romanorumq. ducum qui facta reponit
S cribit & illorum uitas sermone pelasgo
H erodianus adest, sedemq. ingressus eandem
E ffundit geminos gemina uirtute nitores:
C uncta quod & grauibus uerbis conscripserat auctor
O ptimus: & nuper latias quia ductus in oras.

H oc duce sit, quo se tantum Florentia iactat
M antua Virgilio quantum se iactat alumno
S mirneo quantum se grecia iactat homero.
S e hoc latii quantum iactant, qui Liuius olim
D ictus in historia latios celebrauit honores. Politiani L
N ec minus inspirant musae, fauet altus apollo
P olitiane tibi, priscis q̃ fauerit illis
N omina durabunt quorum, dum maxim͂ orbis
S tabit: & in superis stellas dum pascet olymp͂
h umore oceani quem concita subleuat unda.
H istoricorum cum numerũ desisse putarem
C oruini regis tabulata uenire sub alta
V este quidem uaria subiens diodorus: & acri Diodorus
P ictor in historia rerum miracula ponit:
N anq; foret siculis q̃uis oriundus ab oris
h ac tamen est usus lingua, qua grecia foelix
D icitur usa prius, dum prospera regna manebãt.
S cripsit enim grece quaecunq; uolumina grece
E didit, & ritus grecos seruauit ad unguem.
h actenus ipsa uiros, quos grecia uidit honestos

Vidit honoratos: quorumq. uolumina restant
Diximus: hos preter quos est mora longa referre
Nomina seu quorum uix enumeranda uidentur.

NALDI NALDII FLORENTINI DE LAVDIBVS Auguste Bibliothece liber tertius ad Mathiam Coruinum pannonie Regem Serenissimum



At modo quos latium magnum quos tybridis unda
Protulit egregios referens memorabo canendo.
Ordine distinctos ponamq. sedilibus altis
A duce Mathia que sunt bene cuiq. merenti
Multa parata uiro: qui plurima uerba loquutus
Phoebo digna: sui nobis monumenta reliquit.
Virgilius Ergo Virgilius sedem sibi sumpsit habendam
Primus honore suo: non primus origine prima
Primus at ingenio quo surgit in astra: sacerq.
Musarum uates primos sibi poscit honores.
Nanq. licet taceam quam carmine uicerit omnes
Tanta quidem uati fuit experientia rerum

I nuestigandæ naturę copia tanta
E xtitit: antiquos ritus ita nouit, & acer
P ublica res quo se, quo se domus ipsa gubernet
Q uo se quisq. modo uitio tueatur ab omni:
N ullus ut ex priscis expresserit omnia uates
V irgilio melius, quæ fert natura creatrix.
Q uæ mos, quæ ratione doc&, tribuitq. uolenti.
N am sub figmentis uarioq. colore loquendi
P lura docet, meliora doc& q̃ quisq. uirorum
G rande sophos qui sunt & re uerboq. sequuti.
Q uiq. in eo uitam studio posuere uel omnem
R ursus ut inuento superaret ubiq. poetas
E gregio quondam latus quos protulit orbis
C um genus ille triplex uitę legisset agendæ
T emporibus primis quod adinuenere per artem
O mnibus in terris homines fuerantq. sequuti:
I d genus expressit quod pastorale uocatur
I lle siracusio uersu numerisq. sicanis
I dq. genus primum pastores inter habendum
E st maro cantantes gracili modulatus auena.

Rursus ut acciperent mortalia corda quod esset
Excultumq magis primo : magis esset honestuz
Mox ubi telluris cultus didicisset agendos
Quisq uir' ac fructus quos terra colentib; affert
Nosset / uirgilius genus arripit inde secundum
Viuendi nobis pręcepta quod optima ferret
Quodq daret nobis uitę meliora gerendę
Commoda : quodq in rus syluis exiret ab altis
Cultius ergo maro carmen sibi sumpsit ab illis
Rustica res quibus est uariam descripta p arte
Carminibus gen' hoc aperiret ut ille secundu
Inde magis nostrosq magis deferret in usus .
Post ubi nos docuit pastoria uita qd affert
Rustica quid rursus nobis quoq uita ministrat
Surgit in arma uirum diuino carmine uates
Atq ibi tanta canit diuino ex ore loquutus
Vt quid primates dum publica cucta gubernat
Quidue duces faciant dum bella gereda parant
Edidicisse queant . iterum priuatus agat quid
Dum sibi uult melius cupiens natosq domuq

Instituisse bonis monitis ac moribus aureis
Tam bene demonstrat nihil ut latuisse gerendū
Mortales possit: quod & hos patriamq. beataz
Foelicemq. domum faciat: genus omne suorꝫ
Reddat honestatum: si quae precepta feruntur
Carmine uirgilii bene diffundentur in omnes.
Proximus ingenio fuit, & qui proximus arte
Naso locum tenuit meriti ratione secundum Ouidius
Iure quidem: latiis quia tot monumenta reliqt
Ille uiris: teneros elegis dum lusit amores
Dum fastos anni uarios: dum tempora causis
Ducta suis cecinit latium distincta per annum
Nullus ut e priscis cantauerit ista poetis
Dulcius aut melius nullusq. repleuerit auctor
Scripta magis numeris resonantibus ipsa modisq.
Unde fit aenee phrygii noua gesta canenti
Virgilio quantum numeris grauioribus ipsi
Nobile debet opus tantum qui scribitur impar
Nasoni uersus debet tantumq. merenti
Exhibet: ipse parem ut faciat par gloria famaz

Inter utrosq. uiros licet hic cantarit amores
Ille duces phrygios uersu quem monstrat homerus
Adde huc in uarias hominum mutata figuras
Corpora: quæ cecinit præstanti carmine uates.
Doctrina rerum uaria: uariisq. per artem
Eruta de causis: ut magnus in illa poeta
Fuderit ingenium, non secus atq. ipse per orbem
Iuppiter hunc totum, mentemq. animumq. refūdit
Ut formas creet ille nouas, referatq. creatas
In genus omne suum, sint ut spectacula rerū
In terris uariata magis, magis omnibus illa
Ut pateant manifesta uiris, ubi singula formas
Accepere suas, quas iuppiter ipse ministrat
Omnibus, atq. iubet stent ut mansura per æuum

Terentius

Vis afri mentem egregiam quoq. nosse terenti
Attica quem docuit romana effecta loquendi
Lingua modos uarios meretrix qđ auara requirēs
Decipiat iuuenesq. dolis, atq. arte maligna
Hic est qui positus nunc tertius ordine tanto
Accipit ingrediens aurata sedilia regis

M athiae, librumq; suum dat ubiq; legendum
O mnibus: & latios docet attica uerba referre.
Q uartus adest plautus cui dat comedia tantu3 Plautus
A uctori Latio quantum dedit ante menandro
R ursus apud graios, salibus prudenter & idem
P luribus est usus: risus quibus ille iocosq;
J n populo rerum moueat: noua carmina solers
h istrio dum recitat plautinis condita uerbis
A spicis hunc toruis oculis qui respicit omnes
I ncestos, scelerisq; reos uitiisq; refertos
G randibus: esse quibus pariter bona suma putant
M agna uoluptatum commertia semper in omni
E xercere loco. ueneri numerosq; frequentes
P artibus ex cunctis baccho cereriq; referre. Iuuenalis
J ste uir est, satyras nimium q scripsit amaras
A nte malis dulcesq; bonis suauesq; futura:
N am quantum uitio detraxerat ille fugando
V irtuti tantum tribuens concessit honoris
E xtulit atq; probos in caelum laudibus aeque
E upolis atq; cratinus erat comedia quorum

Prisca quibus fuerat concessa licentia mores
Carpendi turpes, uitiumq. fugare malignum
Mentibus humanis, animosq. replere probatis
Moribus atq. habitus mox indulgere salubres
Materiamq. dedere uiro ueteremq. dedere
Carpendi morem, satyras ut scriberet ille
Qui iuuenalis item populum uocitatus in omnez
Romanum mentisq. suae monumenta reliquit
Quae bona quaeq. sit haec imitanda uel omnib; illis
Qui pulso uitio solis uirtutibus herent.
Inde nec inferior tenui praecone creatus
Horatius — Aduenit ingrediens oratius alta sedilis
Contabulata noui, tribuit cui musa petenti
Arte probos mores prob; ille doceret ut ardens
In uitium solidae raptus uirtutis amore
Inuectus contraq. malos contraq. nocentes
Dum graue ridet enim facinusq. nefasq. reprendens
Urit & ingressus precordia tendit ad ima.
Quin etiam plectro carmen concessit eburno
Musa uolens illi: cantaret ut acta priorum

Vt lyrico teneros uersu cantaret amores.
Quicquid & in mentem cuiq̄ uenit arte canendū
Diceret: ut recinens cythara: fidibusq̄ canoris.
Nam quod & altisono memorauit pindarus ore
Carminibus lyricis dum pithia cantat equosq̄
Victores laudat: palmas celebratq̄ receptas
Helidis in campis: illud quoq̄ musa poete
Concessit latio: dum pectine tentat eburno
Dicere cuncta grauis: dum uertice pulsat olympū
Statius hisetiam constare sedilibus orans Statius
Aduenit: & libros, syluas quos ille profundas
Nominat, ostentans manibusq̄ uolumina binis
Bina ferens: aditus subit, ac sedet inter honestō
Musarum uates, atq̄ inter apollinis alti
Verba recensentes: inter sanctosq̄ poetas.
Hinc quoq̄ qui numeris ciuilia grandibꝫ ardēs
Bella refert lucanus adest, tabulata subintrans Lucanus
Aurea: tamq̄ nouo pariter dignandus honore.
Silius arte ualens sedem sibi sumit eandem
Auctores inter latii numerandus honestos

Val. flaccus

Carminis: ille canens nam publica bella reponit
Romanus rerum populus quae gessit in acres
Poenos: atq. duces poenorum cuncta paratos
Aspera uelle pati: patriā modo seruet ab hoste
Poenus: itemq. suos tueatur ab hoste penates:
Dummodo in aduersos durissima bella quirites
Continuare queat, longos agitanda per annos.
Flacce quis indictum te deserat? aut qs erit tam
Iniustus, qui te defraudet honoribus illis
Quos rex in magnis dat sedibus? ergo subibis
Tu quoq. tam pulchrosq. thoros, pulchrūq. sedile
Delectos ualeri heroas: quia carmine blando
In colcos memoras omnes hac naue profectos
Cui nomen uelox argo fuit ante tributum
Protinus ut raperent pretiosi uelleris aurū
Quod custoditum rabidos spirantibus ignes
A tauris pariter, saeuisq. draconibus heroes
Abstulit in patriam regina edoctus iason.
Quis rogo uir sequitur? seu quis tabulata p̄ apla
Ingressus: uarios oculos mouet ordine nullo?

P rotinus inde locum lucretius occupat ille Lucretius
C armine qui uario q̃ sit laudanda uoluptas
E xplicat . incipiens uenerem putat ante uocandã
I lla quod extiterit tenerorum mater amorum :
E xiit unde prior mortalibus orta uoluptas
B landa uiris penitus ueneris qui castra sequunt
Q uiq; uoluptati dant plus q̃ moribus aureis
I ndulgent genioq; magis magis illa facessunt
G audia magna quibus molles generantur in usu .
V ix bene consessum ingreditur lucreti altum
C um tres æquatis intrantes passibus ibant Triumviri
Q uilibet ex illis teneros cantabat amores
A urea tresq; simul regis tabulata subibant .
N auta quidem prior est : tantasq; properti ædes Propertius
C inthia quo reliquis prælata est una puellis
I udice . quo nomen populos uulgauit in omnes
H orum primus adit dignatus honore secũdo
I ure tibullus ei sedes tenet inde propinquas Tibullus
C aptus amore graui nam carmina blanda peregit
M essalam quibus ille suum nemesimq; canebat

Catullus

T ertius arte canens subit hinc coruina catullus
T ecta suos uariis numeris conquestus amores.
P rosequitur domine lachrymas sæuumq dolore
C eperat ex obitu quem passeris illa perempti
M oesta grauem, sic ut caperet minus illa qetem
N ec posset dominam uates lenire dolentem
C armine non placido multa nec apollinis arte.

Calphurnius

h is tribus atq comes calphurnius ibat amicus
M ore siracusio tenerosq canebat amores
& pastoralem numeris augebat honorem.
A usus idem sacri quod prestitit ante maronis
M usa, quod in siculis dedit ante theocritus oris.
H i fere sunt uates, quos lingua latina superstes
P ropter opus celebrat, quorũq uolumina seruãt
T empus in hoc: reliquos aut fama obscura recõdit
A ut fugiunt aures hoc ipso in tempore nostras.
H uc geminas huc flecte acies spectator: ut illũ
A spicias, cuius non tam romanus & omnis
I ngenium latius fuit admiratus: at orbis
T otus: & in primis mirata est grecia summã

D octa facultatem dicendi rursus & artes M · T · Cicero
A dmirata nouas sic est ciceronis: ut illi
C ederet: ac primos ultro deferret honores:
R omani quia se non tam dixere quirites
A cicerone suo uictos: sed grecia uictam
S e confessa fuit: primas dedit atque merenti
E xuperata uiro partes: palmasque priores.
H uc igitur flectas acies coruine gemellas
O mnibus atque iube ut uicina sedilia laxent:
Q ui prope consistent apud hunc quecunque manebunt
N am ponentur ibi permulta uolumina doctus
Q uæ scripsit cicero miram uariata per artem
D iuersi generis: quoniam precepta loquendi
N onmodo tradiderat: sed maximus ipse patronus
E xtitit atque reos defendit in omnia solers
S emper: & ingenti patriæ flagrauit amore.
I nde malos insectatus bona premia iustis
C enset habenda uiris. pulchri grauis auctor honesti
N aturę partes cicero meditatus & idem
E didit inde libros plures: multosque notauit

Arte locos: illi quos contemplantur in ipsis
Investigandis rebus: qui tempus & omnes
Curas: quiq. omnes uitam posuisse feruntur.
Legibus incubuit: nec non grauis auctor habendis
Publica res melius quibus instituenda regatur.
De qua sex libros conscripserat ille tuenda
Moreq. socratico latios uirtutis amore
Incendit ciues ita ad id quod semper honestu
Inq. bonos mores trahit: ut nisi fata maligna
Inuidisse libros uoluissent: improba tales
Delessent libros nisi fata dolentibus illos
Ciuibus heu latiis: non iam mihi credite: nobis
Non opusilla forent, sapiens quae scripserat olim
Grecus aristoteles: non quae tribuere platonis
Aurea scripta uiris grecis: aut urbibus illis
Tempus in hoc doctę bene quae uocitant athenae.
Nam satis illa forent quae tullius edidit auctor
Diuinis conscripta modis: conscripta latine:
Non modo ad hunc orbem quacunq. in parte regendu
Qui nobis unus sic est, uti cernitur unus

Verum si plures essent, pluresq; darentur
Si mundi nobis: si quot democritus olim
Finxerat excortos: tamen hos ciceronis et omnes
Scripta gubernarent: unus satis esset in orbes
Rite gubernandos plures. bene cuncta moneret.
Non ego si cupiam possim memorare quot ille
Liquerit ingenio uigilata uolumina nobis
Quotq; probos mores ostenderit: aut quot amicos
Duxerit acquiri nobis: quibus artibus illos
Censuerit longum seruari semper in æuum.
Unde fit ut spatiis tanto maioribus idem
Indigeat: quanto latiis quoq; plura reliquit
Ciuibus: atq; libros plures dedit ille uidendos.
Ergo uelim accipias sedem cōmune sub altam
Hunc ita: ne reliquos tu dedigneris habendo
Sedibus in tantis, qui scripta legenda latinis
Multa dedere suum nomen super astra tulere.
Scripsit enim uarro libros, quibus ille latinam M. Varro
Ditauit linguam: sectas quibus ille sophiæ
Nobilitans uarias: ratione notauit ad unguem.

Macrobius

Non ego macrobium linquam: licet ipse pelasgis
Natus originibus: tamen ille latinus habendus
Quanquam sunt etiam qui graia e stirpe profectum
Esse negent: parmamque ferant tribuisse parentes
Est ibi progenitus quoniam data membra sepulchro
Sunt ibi, statque illi sub eodem marmore carmen.
At quod adinuenit, sic scripserat ille latine
Ut quae diuino conscripta fuere marone
Sint & aperta magis nobis: magis illa patescat.
Nec contentus eo: quo sydera summa uagentur
Ordine: siue quibus maneant stationibus illa
Protulit. & caelum quantos moueatur in orbes
Edocuit. cantus quos procreet inde rotandis
Orbibus. & suauis quam sit. quam mulceat aures
Vox ea de caeli quae motibus orta resultat.

An. Seneca

Ponitur in tabula post hunc anneius auctor
Qui senecae nomenque fuit: moresque probandos
Qui coluit iuuenis, scriptis docuitque pudicis:
Si quis amor tibi iam superest coruine notandae
Historiae latiae: qui nunc tibi maximus extat

T antus honos priscos abs te defertur in omnes
A ccipe qui ueniunt: illi quia cuncta notarunt
Q uæ populus rerum toto bene gessit in orbe
D um fuit imperio solus: sceptrisq. potitus
V ictor ab extremis rediit cum partibus orbis.
C um Romam rerum dominam bonus ille poteret
F ecit: ut hesperiis simul imperitaret & illis
Q uos ortus titan prius aspicit. Ergo subibit — T Liuius
L iuius ante alios tua nunc tabulata subintrans
A urea: qui tantum scripsit, tam multa notauit
A ducibus latiis quæ gesta fuere sub armis.
V t nisi fata prius nimis inuidiosa fuissent
O mnibus: antiquum latium quos protulit, illa
O rdine cuncta quidem legeremus facta: latini
Q uæ prisci uidere prius sic: inter ut illos
& nos differretq. nihil: nihil inter ut esset
T am bene nam pinxit quæcunq. notauit ob artes
L iuius egregias: oculos sic ante legentum
J lle uir hæc posuit quæ tunc gessere sub armis
R omani: ut coram illa geri modo uisa putarent

T emporibus nostris homines quae uiderat aetas
P risca geri: populus quorum miratus honore
R omanus fuerat. fuerat miratus & amplum
I ngenium: quo Roma potens sit uisa manere
I ntegra dum qualis: seu quanta fuisset adunguē
L iuius expressit sic: ut minuisse decoris
T empus edax posset nihil: at spectabilis esset
h uius ab historia: ueluti spectanda fuisset
R oma prius: quando minuit nihil ipsa uetustas
E x illa, nihil aut ueteres minuere ruinae
V t coeptum fieri, uario cum ex orbe ruentes
C eperunt urbem Romam uexare tyranni
V ix grauis in tanta sua terna uolumina sede
L iuius apposuit: cum iure salustius auctor
Salustius R omanus: linguam penitus qui nouerat omnez
R omanam libros Romano more togatus
Q ui superextiterant libris de pluribus ambos
S ubstulit: & tabula geminos suspendit ab alto.
A ssurgant homini quicunq. sedilibus istis
C onsistunt: posito qui nunc diademate regni

Cesar

Cæsar: & imperio rerum sceptrisq. relictis Commēte Cesaris
Priuatos inter cupit assedisse: locumue
Quærit habere nouum: libros ubi forte locauit
Doctus quisq. suos: ut sint monumenta futuris
Hic: ubi mathias libris dedit omnibus unam
Eruinus sedem cunctos quæ duret in annos.
Sedibus in tantis igitur quicunq. manebit
Cæsaris assurgat doctrinæ: assurgat & arti
Militiæq. duci summo: quod utrunq. sequutus
Ocia quodue domi coluit. foris aspera bella
Nominis æternam studiis ab utrisq. parauit
Famam: uire quidem meritis geminantib9 illa
Cum musæ impulsu fuerit: cum martis adeptus
Illustrem cæsar famam: q̄ a gloria summa est
Quam doctrina dedit quā res bene gesta creauit.
Nanq. quod in gallos graue gesserat ille feroces
Temporibus uariis bellum: dum uictus in ipsuz
Cæsaris imperium gallus concessit: & arma
Iulius id cæsar latio sermone peritus
Tam grauibus uerbis: tam dulcibus ipse notauit

N ullus ut auderet quis bene doctus in ipsam
H istoriam: caesar quae scripserat acta referre.
G ratia tanta uiro scribenti tanta uenustas
E xtitit: atq; grauis sic est sententia: sic sunt
O rnatus uerbi suaues. sic scripta refulgent
O mnia sic sapiunt latium: sic rhetoris artes.
Suet. Tranquill. I nter tot quid te taceam tranquille? prior sed
C um scribas uitas: Romanorumq; triumphos
I nduperatorum: superatis finibus orbis
Q ui Romam rerum dominam fecere sub armis:
N anq; tuus liber hanc sedem sibi sumpsit eosdem
S criptores inter: quos lingua latina uetustos
N obilitat celebrans & laudibus ornat abunde.
Q. Curtius Q uintus & insequitur uocitatus curtius idem
P ostulat atq; sibi non inferiora merenti
D entur: & in partes accepteturq; priores.
& merito: latium quoniam quae facta per orbem
M axima rex macedum gessit depicta colore
D icendi uario: summa grauitate loquendi
S cripsit in historiam: uariisq; ornatibus illa

Verborum pinxit narrandi edoctus ab arte.
Hinc tabulata noui regis tam pulchra subintrat
Doctus in historia tacitus cornelius: actas — Cornel. Tacitus.
Induperatorum uitas celebrare paratus
Fecit ut egregius quondam suetonius auctor
Rebus in his / grandes quas gessit Roma triumphãs
Perq(ue) duces uarios: rerum qui forte potiti
Se dominos: ualidis patriæ fecere sub armis.
Vix erat ingressus: cum regia transtra petebant
Historici plures: quorum si nomina ponam
Sit liber immensus mihi conficiendus ad illa
Enarranda satis: quo circa in tempus omittam
Hæc aliud: reliquosq(ue) canam pia iura ferentes
Illa: quibus ciues utuntur in urbe regenda — LL XII Tabul.
Et quibus a tabulis bis sex sit origo creandis
Ducta quidem: referã / nam quas roman(us) & auctor
Condiderat leges quacunq(ue) in parte tuendas
Auratis tabulis mathiæ regis inherent
Hunc apud escriptæ noctesq(ue) diesq(ue) morant(ur)
Ut iustus cum sit leges ueneretur easdem

Medicina

A quibus ille modos regnandi sumit honestos.
S it quia lex animi penitus medicina ruentis
N am mores ea cum doceatq. feratq. probandos
L iberat a morbis animum lex casta nefandis:
h as prope qui corpus curant morbosq. repellut
C orporeos, habitant librosq. suosq. reponunt
N anq. coronides fuerat quibus auctor & ipse
R ursus opis medicae fuerat quibus auctor apollo
O mnibus his statio coruina in tecta paratur
O ptima coruino nec defraudantur honore.
N am multos inter quos rex ibi summus honestat
Q ui medici fuerant illos decernit habendos
M athias. partesq. bonus ueneratur in omnes
H i prope sunt nostra liceat quos uoce moneri
Q uos uetus & latium scriptores uiderat ante
Q^m terras humiles peteret, ferretq. daturus
O mnes quam cuperent expectarentq. salutem
O ptimus ille deus qui maximus unus & idez
D ictus erat christus: terre dum uiseret orbem
h i sunt pene tibi princeps coruine uetusti

Scriptores latii, paulo quos diximus ante
Inter se varios: ut erat diversa voluntas :-

NALDI NALDII FLORẼTINI LIBER QVARTUS De laudibus Augustę Bibliothecę ad Mathiã Coruinũ pannonię Regem Serenissimum

HINC ego narrabo
quos spiritus ille tonantis
Afflauit: data summa quibus
fuit ante facultas
Ut quae diuinis in sedibus acta fuissent
Haec ad mortales eadem manifesta referrent:
Exponam quoniam uigilata uolumina sacris
Prorsus ab ingeniis, & quae descripta fuere
Ordine nunc referam, mansura sedilibus altis
Mathias illis quae rex statuenda locauit.
Omnibus e sacris igitur liber ordine primus
Haec loca prima sibi capiat tabulata per ampla
Scripta quidem grauior qui plurima continet in se
Illo nanq. libro sunt picta exordia rerum — Biblia
Prima: deus cum de nihilo bona cuncta creauit

Cum cælum, stellas, ignem, terramq; fretumq;
Condidit: ut proprios habitent animantia fines
Quælibet. e limo fingens hominemq; futurum
In terris solum, qui contempletur honores
Diuinos: solusq; polos meditetur: adoret
Numen id in superis: paret cui maximus ordo
Aulæ cælestis: parent cui sydera cæli
Splendida: cui paretq; fretum, cui maxima tellus.
Sunt etiam uates quæcunq; fuere loquuti
Dicta notata sacri: scriptis ni fallor eisdem
Et quæ de Christo prædicere posse futuro
His dedit omnipotens chartis memorantur in illis
Ingentis libri, quia multa recondit in unum
Hic liber: et libro bene multa notantur in amplo.
Nanq; ibi non solum quæ dicta fuere priusquam
Adueniens Christus, terras inuiseret imas
Uatibus a multis bene commemorantur: at illa
Omnia dicuntur, terre quæ gessit in orbe
Christus, in his libris: et quæ post fata suos per
Discipulos egit, conscripta leguntur ibidem

Quæ fuit & Paulus diuino ex ore loquutus.
Scripsit & ad multos homines populosq. ducesq.
Illa uoluminibus bene commiscentur eisdem. Opera Diui Hieronimi
Hinc ea quæ scripsit sapiens Hieronymus olim
Expandunt sese tabulata per aurea late
Atq. loci multum capiunt: quia multa supersunt.
Vix ego narrarim graio de fonte profecta
Ille quot in latiam linguam traduxerit acer
Dicta uirum sacris expressa furoribus hor
In quos diuinus se spiritus ille refundit:
Vt superum quæ sunt homini manifesta facessat
Ne lateant hominem castum diuina: uolentem
Optima queq. sequi, sed possit honesta notare
Admonitus quæ sint, eademq. capessere possit.
Non itidem referam nunc scripta quot edidit ex se
Ingenioq. suo quot sit meditatus honesta
Quot bene purgarit uitiis Hieronymus acer
Quotq. uiros superas monitis deuexit in oras
Cum nequeam, tam multa quidem sunt illa referre
Versibus: atq. eadem nequeam memorare canendis

Augustinus

A ugustinus item quot & ipse uolumina solers
L iquerit: & multis q̄ sint uariantia rebus
S i numerare uelit quisq̄ / tamen ille nequibit
N i grauis immensum confecerit ipse uolumen
S edibus hic scribat cum quid satagatur in altis
V rbibus & quæ sint hominum facienda requirat.
C umq; trias quæ sit satis explicet ille tribusq;
V t mens una manet semper: manet una uoluntas.
A t licet hæc fuerint ita multa ut nemo referre
I lla satis posset: q̄uis & in arte loquendi
D octus: & ingenio magno satis ille ualeret
O mnia mathiæ suscepta sedilibus altis
I lla fuere tamen spatium capientia magnum
V t si tres alii de se tot scripta referrent
V surpent sedem totam nullisq; relinquant.

Ambrosius

N ec procul astiterat data sunt cui nomina rebus
E qua satis. scriptis data conuenientia late
D ulcibus / atq; graui eloquio suauiq; refertis
A mbrosius quoniam cum dulcia pabula signet
Q ualibus æthereoq; frui solet omnis in orbe

D iuorum coetus: finxit quos prisca uetustas
O mnia conscripsit quae sint redolentia mores
O mnibus in terris homini cuicunq. probandos
Q uae ue ferant prae se dulcissima uerba loquentis
O fficiiq. uias monstrent bene cuiq. uolenti
O ptima quaeq. sequi fundant precepta per omnis
A urea mortales formamq. modumq. datura
Q uilibet unde suam ualeat componere uitam
P rotinus expulso uitio: uirtute recepta.
E rgo suos postq̃ libros tabulata per ampla
O rdine disposuit propriaq. in sede locauit
C oruinus princeps quam struxerat omnibus una
A mbrosius superos diuus repetiuit honores.
P ost hunc gregorius tanq̃ demissus olympo Gregorius
A pparet subito: terras humilesq. reuisit
C ui caput exornat triplici diadema corona
A tq. hic quo fuerat diuino insignis honore
E xpetit ut libri morum, quos ille sacrorum
E didit in lucem, sedes capiantur in amplas
M athiae doctis quas ipse parauit habendas

V t præcepta queant mortalibus optima uitę
F erre bonæ, tribuantq; modos, quibus omnis ubiq;
V ir factus superas bonus extollatur in oras.
V ix hunc gregorius se uelle sedilis honorem
M onstrarat: cum rex coruinus honore supremo
S cripta manu capiens hæc pontificalia suplex
P ontificisq; sacri numen ueneratus amicum
S edibus imposuitq; nouis: tabulæq; refixit.
h oc ubi fit, tenues sacer ille recessit in auras
P ontifici magnus successerat inde uocandus
Basilius Q ui Basili fueras uitæ meritisq; pudicæ
P ropter & ingenium summum quo tendis in astra
V t duo mortales pariter mirentur & in te
D octrinæ iunctosq; graui uariosq; loquendi
A rte modos: uitamq; uiri diuinitus actam
I n terris: ueluti sine corpore nuda caduco
M ens foret: ac nullis hominum foret obruta curis
h ic simul apposuit tabulæ quæ scripta gerebat
C oruinæ. cedens aliis loca sorte propinqua
P ostea abit in superasq; domos, cælumq; reuisit.

H uic comes e græcis regionibus ibat honestus
Q ui propter linguam suauem, suauesq. figuras
D icendi uarias, quibus exuperauerat unus
S criptores multos: est aurea dictus habere
O ra: nec ingenio minor ille fuisse uidetur
N ec minor inuentis siquis quæ scripta supersunt
L egerit: atq. uiro bene contempletur honores
Q ui fuerint habiti populis uel ab omnibus uni
A urea nam meditans quæ scripserat ille fuere
A uratisq. modis satis exornata priusq
P oneret in tabulis auctor pendentia latis:
V t quod & intus habent, extrinsecus illa referret.
C um iam narrandi finem uenisse putarem
I llorum princeps qui per tabulata uagantur
E n tua: quiq. loco plures uenerantur eodem
A ltisono clamat lactantius ore loquutus
S unt ubi nunc nostræ partes? angustia sedis
E st ea nunc princeps ne nos capiatq. feratq.?
I n christum a nobis & quæ sunt dicta supremu
S edibus hæc hæc eadem nunc explodent ab istis?

Chrysostomus

Lactantius

N ec mihi quod reliquis datur hic scriptorib[us] illud
h ospicium dabitur: sunt haec promissa fidesq[ue]
O mnes quam dederas prope te coruine futuros
Q ui scripsere aliquid quod dignum laude fuisset
& dignum tabulis quod spectaretur in altis
h aec ait: inde bonus iussit coruinus ut intrans
R egia per tabulata sacer Lactantius iret
G randibus ut meritis honor inde daretur habend[us]
Æ ternum: sedes satis ille teneret honestas:
T am bene nam christi si confirmaret honores
& quae de christo fuerant conscripta supremo
T alibus aut uerbis si dogmata redderet idem
C hristi firma satis. contraria qualibus ille
C onfutat: atq[ue] bonis rationibus urget in arctu[m]
I n terris nullus melior grauitate fuisset
R erum, nec uerbis melior foret arte locandis
N emoq[ue] religio cui plus q[uam] nostra faueret.
N unc foret: atq[ue] sacri cui plus deberet amoris.
C um iam plena essent regis tabulata, forentq[ue]
C omplures alii, quor[um] noua gloria fulget

Non minus ardentis radii quam solis in orbe
Cumque foret numerus pene infinitus habendus
Ut siquis memorare uelit, uelit aequoris idem
Dicere tyrrheni quot eant ad littora fluctus
Cum mare turbatur uentis agitantibus undas
Quotque niues gelido uoluuntur in aere: bruma
Cum riget: atque nouis aquilonibus omnia torpent.
Tunc operepretium fuit ut rex magnus eosdem
Tot pene innumeros caperet penetralibus altis
Et loca certa daret quoque conuenientia tantis
Ingeniis proprio ne defraudetur honore
Ullus: at in pluteis bene suscipiatur eisdem
Regis et in laribus uideatur habere tenendum
Hospicium: quod et ante dari rex iussit amicum
Omnibus his aliquid qui conscripsere per artem
Illud siue sacrum fuerit; seu forte profanum
Illud ad historias seu pertinet adque poetas
Siue sophos spectat, siue ad monumenta deorum
Attinet: a superis in nos collata benignis.
Ergo frequens nimium foret haec cum turba per alta

Q uæ cuperet sedes libros posuisse patentes
N ec tamen id posset: quia plena fuisse uidebat
O mnibus his sese qui per loca cuncta superne
I ngessere prius: sapiens mathia parauit
S crinia susciperent ut quoslibet ima: darentq;
H ospicium cunctis, qui per tabulata nequirent
A lta tenere locum, sedes nec habere sub auras
S ic, ut adinuenias illic quod quisq; per artẽ
D isputat egregiam: seu quod meditat̃ ab ipsis
V ndiq; principiis: quæ fert natura creatrix
D um cupit ingenio rerum cognoscere causas
Q uisq; quod in phisicis sapiens bene mõstrat, & illud
Q uod prestant illi qui se patriamq; domumq;
I nstituere bonis monitis ratione magistra
Q ui monuere deus qua religione colendus
A nobis: quanto sit & afficiendus honore.
O res o cunctis toto memorabilis æuo
O res perpetuos semper celebranda per annos
O mnibus o positura modum, finemq; datura
E xtremum laudis: cunctis ubicunq; paratis

Accumulare libros plures: operamq; frequentē
Qui dant atq; dabunt, ut multa uolumina possint
Collegisse sibi scriptoribus undiq; multis
In pluteum ductis, ut eorum scripta tenerent.
Musa uelim referas toto quis habebat in orbe
Plura uir e graiis, refer omnib; : omnia nanq;
Sunt bene nota tibi: potes ac memorare petenti
Nunc mihi. de populis quis habebat plura latinis
Te rogo diua mone uigilata uolumina apud se
Quisue libros plures q̄ rex coruinus habet nunc
Mathias intraq; lares, patriosq; penates
Attalus innumeros licet ac ptholomeus haberet
Quem philadelphū comemorant licet ille tyrānus
Qui doctis quondam fuerat dominatus athenis
Pisistratum uocitant ueteres quem nomine graij
Milia librorum uariorum multa teneret
Eumenis & q̄uis ita magna fuisset habenda
Bibliotheca prius tam plena uolumine multo
Vt uix e priscis cuiq̄ numerabilis esset.
Rursus & ipse quidem mythridates ponticus un

Ex horum numero licet ante fuisset habẽdus
Collegisse iuuat quos multa uolumina multis
Euigilata uiris rerum monumenta priorꝫ
Romaniq. duces q̃ q̃ lucullus & acer
Iulius imperio quondam sibi plurima cæsar
Collegere prius. q̃uis & asinius olim
Pollio tot libros habuisset in urbe coactos
Vt bene si numeres, illi ter quinq. ferantur
Milia non tamen est nunc inferiora sequutus
Mathias: cunctis at sint grauiora putanda
Temporibus nostris quæ nunc facit unus & idẽ
Optimus ingenio coruinus & optimus arte
Vnde fit orbe quidem non tã numerosior amplo
Bibliotheca sit hæc coruini regis habenda
Q̃ quoq. sit melior q̃ sanctior omnibus illis
Quæ fuerant olim: cum sit cõplexa tot in se
Scriptores quot in hac sunt religione loquuti
Protinus ad christum spectantia cuncta supremũ
Factaq. qui christi memorant, finemq. futurꝫ
Præsentis mundi: cum sydera cuncta ruitorꝫ

A mittent: solemq; suum posuisse uidebunt
L ustrandae curam terrae, currumq; relinquet
D isiectisq; rotis & equis diuersa sequutis
F ecerat ut phaeton quo tempore maximus orbis
E st prope combustus rapientibus undiq; flamis
O mnia: contorto quem fulmine iuppiter altus
P erculit: ut nimios hominis graue perderet ausus.
N anq; quot auctores graii tenuere uetusti
Q uotq; bonos pariter ueteres habuere latini
S criptores rerum, terras inuiseret ante
Quam christus ueniens imas, hominesq; redemptos
S anguine quoq; suo splendentia ferret in astra
T ot coruine tibi iam collegisse uideris
A uctoresq; domi tot habes: tot ubiq; parantur
T otq; loci uarii uarios aliunde ministrant
S criptorum libros: ut iam tibi plura supersint
A multis olim conscripta uolumina soli
Quam graii tenuere prius populiq; latini.
N am quod utriq; uiri quondam scripsere seorsum
Q uodue dedit latius memorans populusq; pelasgus

H aec admista locum prudens tibi magis in unum
N anque simul misces libros ab utraque profectos
G ente: sit ut tibi nunc penitus data summa facultas
V incere posse duos populos: quia munere fultus
N unc utriusque potes solus, quod uterque ualebat
A tque tenes libros unus quot uterque seorsum
G rauis ouans quondam tenuit, florensque latinus
A dde huc illustres animas bene cuncta loquutas
Q uae deus omnipotens concessit aperta referri
M entibus humanis: nam quae tractantur in oris
E thereis uoluit nos accepisse per artes
D iuinas, ut se regeret patriamque domumque
Q uisque uir a sacro quocunque uolumine doctus
S perneret ut uitium grauius fugeretque uicissim
Q uicquid & in toto sceleris committitur orbe.
N anque omnes sedem cum deducantur in unam
R ex coruine tibi qui scripta sacrata ferentes
D e christo fuerant sanctissima uerba loquuti
Q ui nihil in scriptisque suis docuisse uidentur
D iuinum preter: qui nil meditantur in ipsis

Quos scripsere libris, nisi forte sacrumq. piumq.
Quod sit. quod mentes hominum faciatq. pudicas.
Cum libros igitur sacros corvine reponas
Innumeros mediis nunc in penetralibus: illos
Antiquis addens graiis, priscisq. latinis
Evenit ut de te tanto magis ipsa vetustas
Vincatur: quanto libris magis unus abundas
Ipse sacris, caruere quibus duo protinus ante
Q. christi adventus fieret, populusve quirini
& populus qui graiugenas habitaverat urbes.
O laus o sacris late memoranda poetis
O laus in terris qua non prestantior ulla
Esse queat. nec quae tibi convenientior adsit
Nec mage quae proprios merito tibi prestet honores.
Nam licet assidue tot bellica facta gerantur
Rex corvine tibi, possis ut caesar haberi
Aut is qui macedum ductavit in arma phalanges
Attamen in bellis cum se fortuna gerendis
Misceat, & magnam partem sibi ducat habendam
Ex bene confectis rebus fit ut illa putet se

I us habuisse suum super his quae gesseris olim
E gregiam quamuis tractaueris ipse per artem
O mnia: consilio fueris licet usus & acri
N ec minus ingenii fueris quam corporis usus
V iribus: atque tuae dederis noua signa futuris
V irtutis populis: animi documenta supremi
M entis at in rebus non ius habet illa paratum
I nque bonis animi non utitur illa superbo
I mperio: potis est hominum nec uertere mentes
Q ui sapiunt, animos nec perturbare quietos
N ec fortuna potest musarum inuertere sedes
Q uae cum ita nunc habeant se: Rex mortalia corda
N onmodo concilias tibi nunc, hominesque peritos
D euincis grauibus meritis, sed apolline dextro
D emulces adeo tibi Rex coruine puellas
P ieridas: faciens adeo tibi semper amicas
I n tua uota trahis: fortunam ut iura super te
N ulla tenere putem: partem nec uendicet ullam
H aec sibi de factis: sola ratione magistra
Q uae geris in studiis uersatus, & artibus aequis

Tam bene

Tam bene, tam placidisq; modis, placidaue quiete
Vt musæ statuant omnes, helicone relicto
Montibus aoniis, sedes ubi prisca manebat
Posthabitis: etiam permessi fluminis undis
Desertis, cyrrę deserto uertice summæ
Bellorophontei neglecto fonte caballi
Velle habitare tuos Rex nunc coruine penates
Vos apud atq; suas statuant modo ponere sedes.
Atq; nouum plantare nemus: laurosq; uirentes
Hic ubi nunc habitas: ubi nunc tua regia surgit
Sic nutrire parent: ut non parnasia laurus
Prisca sit in pretioq; suo: nec nomina seruet
Hæc sua, te propter: sed iam coruina uocetur
Laurus: & ob meritumq; tuum sic crescat in altum
Extendens ramos, ut sydera uertice tangat.
& merito: quoniam nullis in partibus orbis
Pierides alibi sedes habuere paratas
Arte magis, q̄ nunc ubi regis tecta refulgent
Aurea mathiæ: ueteres ubi forte penates
Stant coruine tui, deducta palatia cælo

H ic ubi tot splendent iam nunc laquearibus aureis
N am bene cum referat musas habuisse vetustas
C astalium fontem lymphis superantibus unum
I nter utrunque nitens Cyrrhe Nisaeque cacumen
Q ui fluit: ob varias causas qui nomen adeptus
E st varium. multi ut quondam cecinere poete
R ex Corvinus ut antiquos superaret honore
V t meritis superat: binos modo surgere fontes
O ptimus ille iubet musis: Phoeboque sacratos.
E x illis alter pario de marmore constat
V ectus ab Hetruscis oris. argenteus alter
I n quo celando multum consumpsit & artis
P annoniae populus: quicquid germanica tellus
P ossidet ingenii: nec non fudisse videtur.
N unc opere in tanto nequid prestantius illo
E sse queat toto nec sit speciosius orbe
A spice quam sapiat Rex hic Corvinus id audet
I n regnis fecisse suis quod nulla vetustas
A usa sit aut scierit: quae nunc Mathia per artem
P rimus adinvenit: primus quoque prestitit auctor

V t geminos musæ fontes habuisse ferantur
H ac ubi laurigerum nemus est in parte locatos
D iversi generis fontes: ut tempus & affert
Æ statem uarium nobis, hiememq; uicissim.
N am cum frigoribus regio magis apta sit ista
R ex tua q̃ locus est ubi permansere priusq̃
A d te confugerent musæ, colerentq; penates
I nde tuos: illis curas nimis aspera bruma
N e nocuisse queat subita nouitate locorum
E rgo facis sedes gelidæ, calidæq; parata
V t sit aquæ, possint qua membra fouere sub altis
T unc niuibus gelidis aquilonibus aspera cum fit
T erra: nouam glaciem propter cum flumina durãt
I n lapidem solidum gelidis concreta pruinis
P iscibus & uitas adimunt solidata fluenta
I n morem saxi cursum neq; conficit unda
V t solet: at fundo penitus durescit ab imo.
H inc tibi confectus fons est argenteus: unde
E manent lymphæ calidæ: quibus aspera late
F rigora mollescant. castę quibus inde camenæ

Membra pudica lauent, gelidum uitentq; rigorē.
Et cum uere nouo redeunt noua tempora nobis
Auratis taurus renouat cum cornibus annum
Vertice sublato, terras aperitq; uirentes
Mollibus in pratis uarios cum terra colores
Gignit: & arboribus proprii redduntur honores.
Incipiunt latas syluæ cum emittere frondes
Cum parit omnis ager, fruges cum pinguia lætas
Altius arua ferunt: sulcos æquant ue profundos.
Cum philomena suas geminans canit ipsa querelā
Cum placido liquidum demulcent aera cantu
Rursus aues uariæ dulcesq; sub arbore nidos
Inde locant natisq; suis proliq; futurę
Incipit & radiis cum sol excurere colles
Montis, & ardenti sitientes reddere campos
Lampade: cum segetes æstas iam siccat adultas.
Cumq; nouo iam tunc phoebi radiantis ab æstu
Membra leuant homines, frigusq; umbrāq; requirunt.
Cum primis igitur liquidus calet æstibus aer
Ecce iubes fontem princeps coruine secundum

Marmore de pario, musis phoeboq. sacrari
Unde fluant lymphæ gelidæ sub sydere cancri
Unde lauent calida sub tempestate puellæ
Corpora pierides mathiæ in fonte: solebant
Bellorophonteis lymphis uelut ante lauari
Tunc ubi parnasi nemus incoluere bicornis
Cum mersere caput uitreis heliconis in undis
Frondibus hinc lauri q̃ sint uiridaria densis
Consita: q̃ nitidis sint facta madentia riuis
Non meminisse queam cum tanta sit aeris æqui
Temperies illic nullæ subeunda procellæ
Frigus ut hanc turbet nullum, nullæq. pruinæ
Nullæ hiemes nullusq. calor non sirius ardẽs.
Nanq. ita concordant calidis frigentia reb9
Atq. ita conueniunt necnon humentia siccis
Hic ubi sunt horti regis. sunt instar eorum
Hesperides quos rite prius tenuere puellæ
Ut uideas illic quocunq. in tempore flores
Purpureos nasci uiolasq. rosasq. perennes.
Quicquid arabs foelix mittit: panchaia qcqd

Quicquid item suauis regio bene miscet odoris
Illa: queas hortis spectare per omnia late
Nascier usq; tuis foetus pariterq; creari
Rex coruine illic quales creat indica tellus
Diuersi generis tales spectabis apud uos:
Cum bona temperies ibi sit seruata per æuum
Vos apud æternum densis uiridaria lucis
Sunt ubi nunc musis per te coruine parata
Vsq; adeo liciam ut phoebus xantiq; fluenta
Non petat ulterius delon neq; uisat apollo:
Nec uice mutet iter uaria deus ille: domosq;
Tempore diuerso diuersa in parte colendas.
Nec sit opus meet ille uias remeetq; uicissim
Passibus alternis abiens rediensq; per altam
Cyclada. per liciæ populos xantiq; per undas
Hic uer perpetuum quoniam uiget: ingruit æstas
Solibus a rapidis non facta molesta sed affert
Temperiem quæ rite bonam: quæ fructibus æqua
Sit quoq; gignendis: quos pars æstatis amica
Attulit: in qua temperie queat omnis: & una

P rotinus optatam sibi conseruare salutem.
& dubitabis adhuc te rex magis esse beatum
O mnibus inde uiris: cum tot pia numina tecum
h ospitio capias: noctesque diesque libenter
V os apud aeternos cum sint mansura per annos:
P ro meritis coniunge tuis: meritisque periti
C oniugis: atque domus uestrae, natique ioannis.
C erte nullus adest nunc rex, si cuncta regnat
O mnibus in terris, qui te foelicior uno
S it modo. nec gentes tribuat cui plura subactae
S ic merito: plures cui nec tribuantur honores
V rbibus a cunctis orbis: populisque latinis
J ure quidem princeps cum sis uel pace uel armis
T am bonus, ut te sit nullus modo maior habendus
T e melior toto sit nemo repertus in orbe.
V t tua facta probant, nullis cessura triumphis
P riscorum: nullis etiam cessura tropheis
V tque probant quae pace bonus facis omnia princeps
T am bona tamque sacris etiam memoranda poetis
S is ut ob id superis late celebrandus in oris

T empus in eternum: terrę celebrandus & imæ
S emper ob egregium meritum cōmune quod acer
I n bene contuleras meritos de nomine christi
A ccipis hospicio dum rex, dum sedib; amplis
D onas quosq; uiros, qui christo digna loquunt
S tant penes hunc ipsum qui res hominūq; deūq;
T emperat: & superis pariter dominat̃ & imis
A cunctis celebreris item mortalibus illis
Q ui nemus elisium multos coluere per annos
H is quoq; de causis: quia quod scripsere librorꝝ
P ręcipis escribi: post hæc tabulata per alta
O rdine disponis: donatus ut omnis honore
I n tectis maneatq; tuis, semperq; moretur
V os apud in uestrę positus penetralibus aulæ
D um sol ducet equos magnū per inane uolãtes
O ceaniq; patris fessos dum condet in undas.
N am quicunq; polos scanduntq; iouemq; tuent̃
A ssidueq; uident & contemplantur eundem
C orporeis animæ uinclis quęcunq; solutę
S unt bene fœlices quibus & data regia summi

A ccipienda dei: domibusque quicunque fruuntur
I n superis aevo aeterno sedesque beatas
C orpore deposito subeunt: habitataque tenentque
V erbis orantes veniam: precibusque pudicis
O btineant meritis pro talibus a iove summo
Q uisque tuis: dentur foeliciter omnia vobis
T empora: foelicesque dies dum vita manebit
D etur ut imperio iam pareat ultima tyle
V icta tuo: veniatque tuis sub legibus orbis
I ngentique domum redeas dignatus honore
G entibus a victis pulchros referasque triumphos.
A sed ubi saturni te confecisse iuvabit
Q uatuor in terris cursus: hominesque pigebit
T e regere imperiis: cupidusque redibis in astra
V nde prius veniens cancro demissus ab alto
I ndueras habitusque graves, moribundaque membra
D e iove contendent illae tibi rursus eodem
F oelices animae: sedes ibi certa laborum
Q uos bene pro rebus te delectabit honestis
S uscepisse novos: data sit corruine merenti


A urea perpetuum semper mansura per æuum
Q ua ioue supremo superumq fruaris honore
I nuidiosa queat quam non minuisse uetustas.
S ed tibi permaneat semper dum iuppiter altus
V ertet utrosq polos: dum sedibus ille supernis
S tabit: & imperio cælum terrasq tenebit.
Q ui uero elisiosq colunt, & amoena uireta
Q ui nemus umbriferum, qui prata recentia riuis
V sq tenent: habitantq uiri de limine uitæ
Q uos tulit atra dies prius, huc quam uiseret orbem
C hristus: & optatam nobis daret ille salutem
Q ui cælum terramq regit: qui sydera nutu
T emperat: & uitam cunctis animamq ministrat
R ebus: & innumeros facit inde resurgere soles.
D e quorum numero fuerat diuinus homerus
P yndarus atq sacer prius extitit ore rotundo
P ithia qui cecinit uolucrum certamen equorum
N os apud atq maro nati cui summa merenti
C alliopea dedit diuino ex ore loquuto
Q uod nulli uatum dederat pia musa priorum.

Hi tibi pro meritisq. tuis: pro sedibus amplis
Quas satis egregias statuisse merentibus illis
Decetis in laribusq. tuis. domibusq. sub altis
Vatibus hi multis animum mentemq. pudicam
Inspirasse uolent: ut quae cecinere poetę
Ante quidem ueteres: suauis dum uita manebat
Priscorum in laudem sublimia carmina regum
Haec tibi decantent hodierni temporis omnes
Vates tot numeris confecta tot artibus illa
Tot uariata modis: tot sparsa coloribus aureis
Priscorum uatum: quot quilibet ante fuisset
Vsus in egregiosq. uiros. regesq. canendos
Dum prius augustosq. duces. rerumq. potitos
Gestaq. dum macedum regis super astra tulere
Hinc dabitur coruine tibi Rex optime rerum
Proq. tuis meritis erga hos pro talibus actis
Sis ut apud superos sacratior unus: & inter
Foelices animas illas. quibus alta tonantis
Regia iam colitur: sis instaurator earum
Nominis & famae. sis accepturus ab illis

G rande tuum meritum propter, tibi premia tanta
Q uanta tibi nequeant homines prestare caduci
S cilicet ut sedes illic tibi certa paretur
I n qua sis cunctos ęuo fruiturus in annos
V isurusq; dei presentia numina summi.
P arte alia uates, quorum modo nomina seruas
N unc renouata libris multis ac sedibus altis
I nde recepta tuis: quiq; ante fuere per orbem
V isi q̃ christus deus optimus ima subiret
C erte inspirabunt animum mentemq; poetis
O mnibus egregiis: quorum modo uita superstes
I nter mortales, ut de te talia cantent
Q ualia uirgilius cecinit: dum Roma triumphans
E xtitit. atq; sacer numeris cantauit homerus
G randibus: ut famam rebus daret ille canendis
A d troiam quondam quasi larisseus achilles
G esserat: ut raptos patriæ foret ultus honores
S ic eris a superis pariter celebratus & unus
S ic eris in terris unus: quem numina diuum
C onseruare uelint Regem: cupiantq; potiri

Rebus: & imperio terrę: Mox alta supremi
Cui domus ob meritum dabitur subeunda tonantis
In qua, qui terrę fueras dominatus habendę
Protinus ingenti superum dignatus honore
Cęlicolum sedes habites, teneasq; beatas .:—

FINIS LIBRORUM QUATUOR
NALDI NALDII IN
MATHIAM SERE
NISSIMUM PAN
NONIAE
REGEM
.:—





T.T KONSERWACJĘ I OPRAWĘ WYKONAŁ KONSERWATOR TADEUSZ TUSZEWSKI – WARSZAWA 1966

